idē ꝗnarius numerū.lviii.metitur undecies
uſqꝫ ad.lv.atqꝫ in eo iterū trinarius relinꝗt᷑
Auferatur igitur ex utriſqꝫ ternarius fiēt.l.
&.lv. In hoc ergo manifeſtū ē maiorem eſſe
ꝓportionē inter ſe.l.&.lv.ꝗ̄.liii.&.lviii. In
minoribus enī numeris maior ſemꝑ propor
tio reperitur & in maioribus minor. Sin ue
ro illa dr̄e permenſio numeroruꝫ multitudi
nē ſuꝑuadat eadēqꝫ utroſqꝫ numeri pluralita
te pretereat minores erūt ꝓportōnes numeri
ſuperius menſi cum additione eius ſūme ꝗ̄
utroſqꝫ metiens dr̄a ſuperuadit ꝗ̄ fuerūt ante
cum eos propria dr̄a metiebatur . ſint enim
numeri . xlviii.&.liii.horū quinarius dr̄a ē
Metiatur igitur quinarius.xlviii.numeruꝫ
qui decies fiunt.l. Igitur.l. numerus ſuper
uadit.xlviii.binario . Idem preterea quina
rius undecies metiatur fient.lv.qui eiſdē rur
ſus duobus. liii.nūerū ſuꝑuadit.Addat᷑ u
triſqꝫ bīarius ꝛ diſponāt᷑ hoc mō.xlviii.liii.
l.lv.miores igit᷑ ſūt ꝓportōes.l.ad.lv.cōpa
ti cum.ſ.additōe binarii nūeri quo dr̄a eos

metiens ſuperuadit q̃.xlviii.&.liii. numeri quos eadẽ q̃ tm̃ in eis ſupexcreuit qnarii dr̃a menſa eſt. Maiores enī ꝓportiones atq; mīo res hoc mõ intelligunt᷑. dimidia pars maior eſt q̃ tertia. Tertia parſ maior eſt q̃ q̃rta. q̃rta maior ē q̃ qnta ac deīceps eodẽ mõ. unde fit ut ſexq̃ltera ꝓportõ ſit maior q̃ ſexqtertia z ſexqq̃rtã uīcat ſexqtertia atq; idem ī ceteris. hīc euenit ut ī mīoribus numeris maior ſẽp uideat᷑ ſupparticulariũ numerorũ ꝓportio qd̃ appet ī diſpoſitõe numeri naturalis hoc modo.i.z.3.iiii.v. Binarius namq; ad unitatẽ duplus eſt. Ternarius ad binariũ ſexq̃lter eſt. q̃ternarius ad ternariũ ſexqtertius eſt maiores numeri ſunt ternarius & q̃ternarius minores uero bīarius & unitas In maioribꝫ igitur numeris minor & ī mīoribus maior ſemp ꝓportio continet᷑. Hinc quippe patet ꝙ ſi aliquibus numeris ſupparticularem ꝓportionem continentibus equa addat᷑ pluralitas maior ē ꝓportio ante eque pluralitatis augmentuꝫ q̃ poſtquam eis equa fuerit pluralitas ſuperaddita.

De formatione proportionum muſicas conſonanantias ꝓducẽtiũ. C. viii

p Roportõʒ q̃ conſonantias formãt naturã aperiamus ſũt enim in mul tiplici genere dupla tripla & q̃dru pla in ſuperparticulari uero ſexq̃ltera ſexqui tertia & ſexqoctaua eſt quidem iuxta eq̃lita tem ea q̃ eſt dupla & prima multiplicis gñiſ ſpẽs naturaliter qdem in duo equa iudiuiſi bilis. fit enĩ ex duabus primis ſupparticula ribus. ſ. ex ſexq̃ltera z ſexqtertia q̃ ieq̃les ſũt nã ipſam duplam prime diuidunt fit tñ ſim pliciť duplarũ radix pportõʒ. ſ. prĩa occur rens in numero naturali. ſ. ex bĩario ad uni tatẽ pſe & nõ p coniunctõeʒ ſexq̃ltere & ſexq tertie p cõpoſitõeʒ uero ſexq̃lteř & ſexquiter tie ſit hoc modo. z. ʒ. iiii. nã ternarius ad bi nariũ ſexq̃lterã facit. q̃ternarius uero ad terna riuʒ ſexquitertiã itẽ q̃ternarius ad binariuʒ duplã. Itẽm q̃nqʒ intercipit alias ſupparticu lares pportões pportio dupla ultra ſexq̃lte rã & ſexqtertiã ut in hiiſ numeris. iiii. v. vi. . vii. viii. nam q̃ternario ſenarius conpatus ſexq̃lteram conſtituit octonarius uero ad ſe nariũ ſexqtertiã itẽ octonarius ad q̃ternariũ duplã. rurſus quinarius ad q̃ternariuʒ ſexq q̃rtã. ſẽarius ad qnariũ ſexqquĩtã. ſeptẽariuſ ad ſenariũ ſexqſextã. octonarius uero ad ſep

tēariū ſexq̄ſeptiaꝫ.hic pꝫ ꝙ & aliaſ ſuppārti
culareſ hītudīeſ pͤ ſexq̄lterā z ſexqtertiā du
pla pōt ītercipeř ꝓportio.atꝫ ēt ſupparcien
tes ꝓportōeſ ut ī ipis nūeris ex ſeptēario ad
q̄ternariū. Itē ex ſeptēario ad quinariū & cx
octonario ad qnariū euidēter appet ītuentí.
Hoc tñ notū ſit ꝙ due ipe prie ſupparticula
res ꝓportōeſ ſēp ipſā diuidūt duplā.qm̄ pri
mā duplā ī termīs naturalibꝫ pter radicē du
plarum: q̄ ob ſui ſīplicitatē nullū intercipit
nūerū naturalē.ſ.īter bīariū z unitatē.cōpo
nūt z diuidūt ſñ īteriectōe alteriuſ termini.ē
igit ultra radicē duplaꝝ pria dupla.z.ꝫ.iiii
tres.n.ad duos ſexq̄lteraꝫ hñt.q̄tuorad tres
ſexqtertiā ꝯſtituūt.Itē q̄tuor ad duso duplā
pficiūt.nullus qppe īter bīariū & ternariū z
q̄ternariū nūeruſ naturaliter ītercidit.Atqm̄
ſexq̄ltera maior ē q̄ ſéxqtertia rectū duple ꝓ
portōis ſupuadit.ſexqtertia uero integꝝ di
midiū nō iplet. Id.n. natura fert ut quotiēs
aliqd ſecat ita ut nō eqˡ ptibuſ diuidat q̄to
mior pſ dimidio ē mior tāto maior pſ eadē q̄
auctior ē dimidiū uicat. q̄tū igit ſexq̄ltera
maior ē dimidio duple tm̄ ſexqtertia mīor ē
ipo duple ꝓportōis dimidio.quocirca ſi du
as ſexq̄lteras cōtinuas ꝓpoſuerius ꝓportōes

id qđ ex extrẽis r̃ſultabit termĩs ñ duplã tm̃
ꝯſtituet ꝓportõeʒ ſʒ ãplius excedet ut hic pʒ
.iiii.vi.ix.ſenarius ad q̃ternariũ ſexq̃ltera ẽ.
nouẽariuſ ad eũdẽ ſẽariũ aliã ſexq̃lterã porri
git. Itẽ nouẽarius ad q̃ternariũ nõ duplã cõ
ſtituit ſʒ ſuꝑadit.ẽ.n.ĩteriectuſ octonarius
q ad q̃ternariũ ipꝫ duplã mõſtrat ꝓportõeʒ
ꝙ ſi nouẽariũ ad octonariũ ꝯpemus ſexqoct
aua fit ꝓportio. itaqꝫ due ſexq̃lter̃ ꝓportões
duplã excedũt ex una ſexqoctaua ꝓportiõe
Qm̃ uero ſexqtertia ꝓportio mĩor ẽ dimidio
duple.due idcirco ſexqtertie ñ ꝑficiẽt duplã
qđ ꝓbat̃ hoc mõ cõſtituãus duas ꝓportões
ſexqtertiaſ ut ĩ hiſ nũeris.ix.xii.xvi.duode
cĩ itaqꝫ ad ix.ſexq̃tertiã faciũt.xvi.quoqꝫ ad
xii.aliã ſexqtertiã ꝓbãt.xvi.uero ad .ix.ñ ꝑ
ficiũt duplã ſi aũt ſuꝑaddatur bĩarius q de
.xvi.ꝑs ẽ octaua tũc fiet recta ꝓportõ dupla
ut ĩ his nũeris.ix.xii.xvi.xviii.uides igit̃
.xviii.ad.xvi.ſexqoctauã facer̃ ꝓportõʒ.&
idẽ xviii.ad.ix.duplã iũger̃ hĩtudĩeʒ. Itaqꝫ
due ſexq̃lter̃ ꝓportões excedũt duplã đ una
ſexqoctaua.due v̉o ſexqt̃tie mĩoreſ ſũt a du
pla đ eadẽ ſexqoctaua.vñ ſexqtertia a ſexq̃l
tera ſuꝑat̃ de una ſexqoctaua ut in his patʒ
numeris.vi.viii.ix.octo namqꝫ ad ſex ſexq
tertiã creãt.nouem uero ad octo ſexqoctauã

idē quoq; nouē ad ſex ſexq̄ltera iūgūt. mīor ē igitur ſexqtertia q̄ ſexq̄ltera de una ſexqui octaua. Sexquioctaua ꝓportō naturaliter ē īdiuiſibilis ī duo īeq̄ ad cuius euidentiā diſponāuſ termīoſ īpaꝫ cōſtituētes p̄termittēdo radicē ſexqoctauā q̄ ex nouēario fit & octonario qm̄ nullus naturalif īter īpos termīos numerus intercipif hoc mō. xvi. xvii. xviii hic nāq;. xviii ad xvi. ſexqoctauā ꝓportōeꝫ cōſtituūt at qm̄ medius terminus. ſ. xvii. ad .xvi. ſexqdecimā ſextā copulat ꝓportioneꝫ .xviii. uero ad eūdē mediū. ſ. xvii. ſexqdecimāſeptimā ꝓportōeꝫ facit nullo mō īpa ſexqoctaua equā diuiſionē acqret nā ex extrēis & medio terminis īeque ꝓportōes oriūf maior eſt. n. ſexqdecīaſexta ꝓportō q̄ ſexqdecīa ſeptima qm̄ ut ī p̄cedēti capitulo claruit maior ſemp ex mīoribus numeris euenit ꝓportō & ex maioribus minor. maiores qdē ſunt numeri. xviii. ad. xvii. mīores uero xvii ad .xvi. Si duple ꝓportōi addaf ſexq̄ltera fit ſcđa multiplicis ſpēs. ſ. tripla id qđ reſultat ex extremis terminis ut hic .3. vi. ix. ſenarius ad ternarium duplā facit nouenarius ad ſenariū ſexq̄lterā itē nouenarius ad ternariū triplā pficit ꝓportōeꝫ. hinc qm̄ ſexq̄ltera ex

cedit ſexꝗtertiam de una ſexꝗoctaua ſi ipſa
ſexꝗtertia ſupaddita fuerit duple nō attiget
ꝑfcōem triple ut hic.3.vi.viii.ſenarius eniꝫ
ad ternariū duplam facit.octonarius aūt ad
ſenariū ſexꝗtertiam idem octonarius ad ter
nariū triplā nō ꝑficit cui ſi ſexꝗoctauaꝫ ſuꝑ
adiūxerimns mox triplam a primo ternario
reſultare nō dubitamus qđ hic euidenter ap
paret.3.vi.viii.ix.nā nouenarius ad octona
riū ſexꝗoctauā ſupaddidit idēqꝫ nouēarius
ad ternariū triplā collatōeꝫ perficit.ſed ſi añ
ſupadditōem nouenarii ſuperadditiatᷣ ſex
q̄ltera mox tertia ſpēs multiplicis.ſ.q̄drupla
ꝓportio reperitur ut hiis apparet numeris
3.vi.viii.iz.uides.n.duodenarium octauo
ſuperiūctum ſexq̄lterā reſpondere ꝓportōeꝫ
idem duodenarius ad ſenariū duplam idem
quoqꝫ duodenarius ad ſenariū q̄druplam re
tinet ꝓportōem. Quod ſi triple ꝓportōi q̄
antea ex dupla z ſexq̄ltera ꝓducta fuerat ut
hic.3.vi.ix.ſexꝗtertiam ſupaddideris mox
eandē q̄druplam effici ꝑnotabis ut hic patꝫ
.3.vi.ix.iz.duodēarius nāqꝫ ad nouenariuꝫ
ſexquitertiam probat idem quoqꝫ duodena
rius ad ternariū q̄druplā ꝑficere cōcernis.ac
de hiis oībus ſubitiatᷣ huiuſmōi figura


1
2
3
4
6
8
9
12

Predictaꝝ itaq̃ rõnes ꝓportõꝫ diligẽs ex ſe ip̃o ſcrutator exq̄ret ĩ figura. Id quoq; ex predictis aduertendũ ẽ q̄ ſi multiplex ꝓportio bis fuerit multiplicata tũc quod ex illa multiplicatõe naſcit̃ multiplicẽ ducit ꝓportõeꝫ ſed ſi illud q̄d fit ex ip̃a multiplicatõe nõ fuerit multiplex tunc id q̄d multiplicatũ ẽ non erat multiplex anteq̃ multiplicaret̃ itẽ ſi ſuperparticularis ꝓportõ binario multiplicetur id q̄d ex ip̃a fit multiplicatõe nq; multiplex erit neq; ſuperparticulare. unde ſi illud quod ex tali multiplicatõe creat̃ nõ ſit multiplex neq; ſupparticular̃ tũc id quod multiplicatũ ẽ añ huiuſmõi multiplicatõem uel ſupparticularis erat uel alterius gñis nõ aũt multiplicis. Hic etiã claruit duas primas ſupparticulares ſpẽs. ſ. ſexq̄lterã & ſexq̄tertiã primã efficer̃ multiplicẽ. ſ. duplã. itẽ primã ſupparticulareꝫ cum prima multiplici ſecundam multiplicem explere. ſ. triplam rurſus ſecundaꝫ ſuperparticularẽ. ſ. ſexquitertiam ſecunde multiplici que tripla eſt ſuperadditam tertiam formare multiplicem ſcilicet quadruplam uel econuerſo uidelicet ſecundam multiplicem ſecunde ſuperparticulari tertiam ipſam attingere multiplicem. Eodem etiam ordine

q̄drupla ſexquiq̄rte ſuperaddita quĩtuplam perficit. uel ſexquiq̄rta q̄druple eodē mō q̄n tuplā ↄſtituit. atq; ad hūc mōȝ cōiūctis ſup pticularibus cuȝ multiplicibus multiplices in infinitū ꝓcreātur ꝓportōeſ. Nūc cū muſi cas cōſonantias ſimus tractaturi illud ē ſcien dū ꝙ ea q̄ in numeris dr̄ ꝓportō dupla dr̄ ī ſonis diapaſō cōſonātia & q̄ ī numeris dicit̄ ſexq̄ltera uel emiolia in ſonis diapētes cōſo nātia eſt appellata q̄ uero ſexq̄tertia uel epi trita in numeris diateſſarō cōſonātia dicitur in ſonis q̄ autē ſexq̄octaua eſt in ꝓportōibȝ ſit tōus in cōſonātiis q̄ uero tripla ē diapaſō ac diapentes cōſonantiam iungit in ſonis. q̄ drupla quidē ꝓportio in numeris biſdiapa ſon format in ſonis Sed de hiis latius in q̄r to ſequenti tractandum eſt.

## Explicit liber tertius Incipit quartus

### De conſonantiis ex ꝓportionibus eductis Capitulum primum

Vm ex omni numerorū uarieta te ſex tantū apud Macrobiū & Boetiū numeri ad mīores relati fuerīt exquiſiti qui ad cōſtituen

fasc. VII


das muſice diſcipline conſonantias ſibi con
ueniāt. eoꝝ quippe numeroꝝ tres multipli
ces & tres ſuperparticulares nouimus enucle
atos. Sunt enim. hii. multiplices. ſ. duplaris
triplaris & quadruplus. Superparticulares
uero ſunt emiolius uel ſexqualter. epitritus
uel ſexꝗtertius. epogdous uel ſexꝗoctauus.
Duplaris numerus eſt ille qui dū cōparatus
fuerit minori continet bis totū ipm̄ minorē
& dicitur ꝓportio dupla ut q̄tuor ad duos
Triplaris uero eſt ille qui comparatus mino
ri continet ter in ſe ipſuꝫ minorem ut ſex ad
duos. Quadruplus aūt dicitur ille qui dū
comparatus fuerit minori continet eum ī ſe
quater ut octo ad duos. & dicitur ꝓportio
quadrupla uel bis dupla. Emiolius nume
rus eſt ille qui cum cōparatus fuerit minori
continet ipſum in ſe totum ſemel & inſuper
dimidiā ipſius minoris parteꝫ ut tres ad du
os. dicitur enim emiolius ab emi quod ē di
midium & olon totū quaſi continens totuꝫ
minorem & etiā mediā ipſius partē. & hec ꝓ
prie dicitur ꝓportō ſexqualtera a ſexqui qd
eſt ſemis & altera. ꝗa media pars alterius nu
meri equalis addit̄ integro numero. Epitri
tus numerus eſt ille qui dū compatus fuerit

minori cõtinet ip̃m ĩ ſe totũ. & iſup eius ter
tiã ptẽ ut q̃tuor ad tres. Dr̃ enĩ epitritus ab
epi qd̃ ẽ ſupra & tritos tertius q̃ſi cõtinẽs to
tũ minorẽ in ſe & inſup eius tertiã ptem. Dr̃
ꝙ hec proportio ſexqtertia a ſexqui qd̃ eſt ſe
mis & tertia pars eo ꝙ tertia pars alterius nu
meri eq̃lis.ſ.medii additur integro numero.
Epogdous numerus ẽ illeq dũ cõparatus fu
erit minori continet ip̃m totuꝫ & inſup eius
octauã ptẽ ut nouem ad octo. & dr̃ ꝓportio
ſexquioctaua. Dr̃ aũt ab epi qd̃ eſt ſupra &
ogdo octo q̃ſi cõtinens in ſe minorẽ & inſu
per octauã partẽ. Sũt enĩ emiolius. epitritus
& epogdous noĩa maiorũ terminorũ in pro
portõnibus ſexqualtera ſexquitertia & ſexq
octaua. nõ aũt ꝓprie ipſarũ ꝓportonũ. ſed
quia ꝓportiones a maioribus terminis capi
unt denominationẽ. aliqñ eadẽ uocabula at
tribuũt ipis ꝓportionibus. q̃ & maioribus
ipaꝝ terminis iſcripta ſũt. Vñ emioliaꝫ pro
portiõꝫ ſexqualterã uocamus. epitritã uero
ſexqtertiã. & epogdoã ſexqoctauã. Sciẽdũ p̃
terea ẽ ꝙ muſice cõſonãtie a maioris ieq̃lita
tis ꝓportõibꝫ eueniũt non aũt a mĩori ieq̃li
tate. neqꝫ ab eq̃litate. lꝫ ĩ libro collocutionũ
meaꝝ ſcda collocutõe tractauerĩ. eas etiã a ꝓ

portõibꝫ mĩoris ĩeq̃litatis enucleari poſſe qđ
multiſ z uariiſ argumẽtiſ poſſꝫ ꝓbari.núc tñ
ꝯcludo đ mẽte philoſophi ꝯſonãtias ipſas ex
ſolis multiplicibꝫ z ſupparticularibꝫ maio
ris ĩeq̃litatis eueĩre.Itaqꝫ ut tactũ ẽ ultio pri
mi.& q̄nto ſcđi.ultioqꝫ tertii . Diapaſon cõ
ſonantia iſultat ex ꝓportõe dupla. Diapen
tes cõſonãtia cõſiſtit ĩ ꝓportõe ſexq̃ltera.dia
teſſarõ ꝯſonãtia ĩ ꝓportõe ſexq̄tertia. Tonus
ĩ ꝓportõe ſexq̄octaua. Diapaſõdiapẽtes ꝯſo
nãtia ĩ ꝓportõe tᷣpla. Biſdiapaſõ ĩ ꝓportiõe
q̃drupla.ex multiplici nanqꝫ z ſupꝑticulari
tm̃ ꝯcludimꝫ ſcđꝫ pythagoricos muſicas ꝯſo
nãtias educi.q̄bus z Ariſto.ip̃e cõſẽſũ adhi
buit.xli ꝓblẽate ſue muſices . Eis tñ pthole
meus ñ uŕ aſſẽtiŕ ut hitũ ẽ q̄nto ſcđi.núc igi
tur lectoris fidei q̃ ꝓponimꝫ ꝯmẽdamus ut
arbitreť diapaſõ ĩ dupla. diapẽtẽ ĩ ſexq̃ltera
diateſſarõ ĩ ſexq̄tertia.tonũ ĩ ſexq̄octaua.dia
paſõdiapẽtẽ ĩ tᷣpla.biſdiapaſõ in q̃drupla ꝓ
portõe ꝯſiſteŕ.q̃ qđẽ cũ muſices diſciplie ſint
prĩcipia nulla ſũt neceſſitate ꝓbãda ſꝫ p̃ſup
ponẽda ut hẽť vi.methaphi . Hoc nãqꝫ py
tagoricis erat ĩ morẽ.ut cũ qđ a mgr̃o pytha
gora dr̃eť.hic nullus audiẽtiũ rõꝫ peteŕ au
debat.ſꝫ erat eis rõ docẽtis auctãs idqꝫ fiebat

q̄ diu diſcētis animus firmior doctrina robo
ratus ipe earūdē rerū rōꝫ nullo etiā docēte re
periret. qđ quidē Ieronimo laudabile fuit di-
centi Ingeniū docile & ſine doctore laudabi
le eſt. Sed ut ſatiſfactionē adhibeaꝫ his q̄ di
uturna tāte tamqꝫ archane rei inquiſitione e
uigilant. Et q̄obrem tres ipſe conſonantie in
multiplici. relique uero tres in ſuperparticu
lari gñe conſtituātur. & utrū unaqueqꝫ ipſa
rum conſonantiarū in altera ꝓportiōe q̄ in
ſibi p̄ſuppoſita poſſit creari apire diſpoſui.

De natura & formatōe cōſonātiarū ex ꝓpor
tionibus. C. ii. [Intelligendum]

iapaſon itaqꝫ cōſonātia q̄m ī dupla
d ꝓportōe cōſiſtit ipius ſapit naturā
ꝓportōis. ita quoqꝫ unaq̄qꝫ cōſonā
tia illius retinet naturā ꝓportōis in q̄ conſi
ſtit. Vñ fit ut diateſſeron ſexq̄tertie naturaꝫ
cōtineat. diapente ſexq̄ltere. tonus ſexq̄octa
ue. diapaſondiapente triple. biſdiapaſon q̄
druple ꝓprietatē ſeruent. Quocirca ea quidē
q̄ de ipſis ꝓportionibus regulariter ultimo
tercii expoſita ſūt de eiſdē cōſonātiis cōſcrip
ta fuiſſe ñ ambigo. ſꝫ ut notior fiat materia
ad eiuſmōi cōſonātias ex ipis ꝓportōnibus

ꝑducēdas ueniēdū ē.q̄ ex re armonicā ꝓpor
tionalitatē de q̄ diffuſius ſcđo tertii expoſi
tū ē figuraliter extendamus hoc modo




In hac liq̄dē figura mōſtrat̃.iiii.ad iii.ſexq̄
tertiā ſeruar̃ ꝓportōꝫ diateſſarō ɔſonātiā pro
ducētē. ſex uero ad q̄tuor diapentes ɔſonātiā
formāt ī ſexq̄ltera ꝓportōe ſex aūt ad tres in
dupla ꝓportōe diapaſō ɔſonantiā extēdunt
hoc idē & dr̄e indicāt duplam.ſ.ꝓportōꝫ &
diapaſō ɔſonātiā vꝫ binarius ad unitatē. Ex
quo dephēdit̃ diapentē & diateſſarō ita dia
paſō ſimphoniā educer̃ & ī duo ineq̄ diuide
re ſicut ſexq̄ltera & ſexq̄tertia duplā formāt
& diuidūt ꝓportōꝫ. Si uero extremos termī
nos multiplicemus alternatī.& medius etiā
terminus ſui multiplicitate ſuccreſcat. toni
hitudinē ī ſexqoctaua ꝓportōe inuiceꝫ cōſer
uabūt.nā ſenarius ter ſūptus.xviii. ɔſir.nat

quaternarius uero quater ſūptus.xvi.efficit q.ſ.xviii.ad.xvi.cōpatus ſexqoctauā impl ꝓportiōꝫ tonū conſonātē. Itē ſi minimū ter minū in ſe ipm multiplicemus.ſ.ternariū fi ent.ix. Maior uero.ſ.ſenarius in ſe ipm mul tiplicatus.xxxvi.efficit.q nouenario cōpati q̄druplā ducūt ꝓportōꝫ biſdiapaſon confir mantē. Et ſi hec diligentius inſpitiamus hec erit oīs uel terminorū uel dſarū in ſe inuiceꝫ multiplicatio, nā ſi minimus terminus me dio multiplicet fiēt.xii.Itē ſi ipm minimuꝫ maxīo multiplicemus fiēt.xviii.ſi aūt medi us termīus maxī nūeroſitate augeat .xxiiii. ꝯſtituet.rurſus mīmus termīus ſi ſe ipo cōcre ſcat fient.ix.Itē medius ſe ipꝫ cōcreſcēs.xvi. facit. Senarius vō q ē maximus ſi ſe ipſum multiplicet reddet.xxxvi. Vñ diateſſarō ꝯſo nātiā pbāt.xviii.ad.xxiiii.ī ſexqtertia ꝑpor tōe.eodē mō.xii.ad.ix. Diapentē ueroxviii. ad.xii. &.xxiiii.ad.xvi. ī ſexq̄ltera ducūt ꝑ por.diapaſō aūt.xxxvi ad.xviii.z.xviii.ad ix.ī dupla ꝑportōe retinēt. Diapaſondiapē ten.xxxvi.ad.xii.ī tripla ꝑportiōe cōſeruāt Biſdiapaſon.xxxvi.ad.ix.ī q̄drupla formāt proportione. Tonus uero ex.xviii. ad.xvi conparatione ſexquioctaua ꝑducit.q̄ qui dē omīa ordinarie diſponātur in hac figura


9
12
16
18
24
36

Comprehēditur itaqȝ ex predictis ita diateſ ſaron & diapenten formare diapaſon cōſonā tiam quemadmoduȝ ſexquitertia proportio & ſexqualtera duplā cōplent ꝓportionē. & ex diateſſaron & tono ita confici diapenten ſicut ex ſexquitertia & ſexqoctaua cōpoītur ſexqualtera ꝓportio. & eodē mō ſi bis ſūma tur diateſſaron cū additiōe toni fit diapaſon quo due ſexquitertie ꝓportiones cū additio ne ſexquioctaue duplā perficiūt ꝓportionē Iteȝ patet ſic ſe ſe diapaſon hr̄e & diateſſaron cū additione toni ad formandā diapaſondia pentes conſonantiā. quēadmodū proportio dupla & ꝓportio ſexquitertia cū additione ſexquioctaue ad perficiendū triplā ꝓportōȝ Eadem quoqȝ norma fit ex diapaſondiapēte cum additione diateſſaron. biſdiapaſon qua ex tripla & ſexquitertia proportione fit qua drupla. Ita deniqȝ ſe ſe habent inuicem cōſo nantie in formatōne & compoſitione ueluti ꝓportiones in augmentatione & coniunctō ne quaruȝ proprietates latius extenſe ſūt ul timo tercii. ꝙ ſi diapaſon conſonantie ſuper addatur diateſſaron nō fiet ſcd̄m pythagori cos conſonantia. quoniā non ſeruatur ordo multiplicitatis. neqȝ ſuperparticularitatis. nā

nec in ipſis proportionibus maior numerus continet minorem pluries ſimpliciter nec ſemel tantum cum una ipſius minoris aliquota parte. ut pluries declaratum eſt. quibus ſi tonus ſuperadditus fuerit. fiet diapaſondiapente in tripla ut monſtratum eſt proportõne conſiſtens. at quoniaꝫ diapaſon in dupla proportione conſiſtit. quamcūqꝫ aliam ſuſceperit conſonantiam. ſemper multiplicitatis ordinē tenet. ex quo fit ut cum ipſa diapaſõ in dupla. & diapaſondiapente in tripla conſiſtant proportione. diapaſondiateſſarõ nullo modo in multiplicitatis ordine poſſit haberi. qm̄ inter duplaꝫ & triplā nulla pōt naturaliter proportio multiplicitatis intercipi Idcirco diapaſondiateſſaron redditur incõſonans

## De natura toni & ſemitoniorū. Capi. iii.

Cum ex ſexquoctaua proportiõe tonū perpēdimus educi. ipſius idcirco ꝓportionis naturā ſentit. quocirca in duas inequas partes diuidat neceſſe ē. duo nāqꝫ inequalia ſemitonia continet quorum unus minus nuncupatur. & aliud maius. Non enim proprie dicta ſunt ſemitonia

quaſi dimidiū toni tenētia. ſed quia ad intē grū uſq͡ʒ tonū ñ ꝓdeant. nā neq͡ʒ ſemiuocalē in līis ꝓ media uocali accipimus. Semitoni um minus rectū toni dimidium nō attingit Maius uero ſemitoniū ultra dimidium toni excedit eadeʒ particula. qua minus ſemitoni um ab ipſo toni dimidio ſuperatꝰ. Et quidē ſemitoniū minus pithagorici dieſim nomīa rūt. Plato uero limā appellauit. Poſteri ue ro ſemitoniū uocitari conſcripſerūt. ipſius di midiū dieſim nūcupantes. atq͡ʒ dimidiū die ſeos coma ſtatuerunt eſtq͡ʒ ea particula qua maius ſemitonium excedit minus. Apotho me quidē a cunctis ſemitoniuʒ maius appel latū ē. Igitꝰ ſemitoniū minus ē qd ꝓprie in cōſonantiis locū tenet. Cū enim ex diateſſa ron cōſonantia duos auferimus tonos id qd rlinquitꝰ ē ipm minus ſemitoniū. Ita quoq͡ʒ ſi de ſexquitertia ꝓportiōe duas ſexquiocta uas abſtulerimus id qd relinquetꝰ cōſtituet ſemitoniū minus. Conſtituamus igitꝰ duos tonos ſeu duas ſexqoctauas cōtinua diſpoſi tione cōſcriptas. ſʒ duas ſexqoctauas cōtinu as hr̄e ñ poſſumus niſi multiplex ille a quo deriuari poſſint reperiatur. ſit nanq͡ʒ unitas prima eiuſq͡ʒ octonarius octuplus primus.

huic enim unus tm̄ ſexq̄octauus pōt cōparari ut dictū latius ē ſeptio tertii. ſed q̄a duos q̄rimus ſexquioctauos fient octies octo qui cōſtituēt.lxiiii. Eſt igit̄ hic ſcḋus octuplus a quo poſſumus ſcḋa3 ſexquioctauā educere ꝓportō3.na3 octonarius q̄ ē octaua pars de lxiiii.eiſdem additus fient.lxxii. his quoqꝫ ſi ſua octaua pars apponat̄.ſ.ix.fiēt.lxxxi. Eruntqꝫ hoc modo due ſexquioctaue & ꝑ cōſequens duo toni principali diſpoſitōe cōſtituti ut hic.lxiiii. lxxii.lxxxi. Nūc reſtat ut adhibeamus.lxiiii.numeris ſuū ſexq̄tertiu3 ſ3 qm̄.lxiiii.nō h3 tertiā ptē. ſi oēs hi numeri ternario multiplicent̄.mox ipi minori ps tertia cōtingit.& oēs eadē ꝓportōe durabūt q̄ fuerunt anteq̄ ipſi ternario multiplicarent̄ Igitur.lxiiii.numerus ter ſūptus.c.lxxxxii conſtituit.cuius tertia pars.ſ.lxiiii. ipſimet ſuperaddita.cc.lvi.complet.erit nāqꝫ ſexquitertia propoꝛtio diateſſaron cōſonātiā tenēs c.lxxxxii.ad.cc.lvi. duas nunc ſexquioctauas ꝓportiones ad.c.xcii.duobus ſe ſe nūeris cōtinētes recto ordīe diſponamus.ꝑficit enim.lxxii.numerus ter ſūptus.cc.xvi. numerū. Nūerus vō.lxxxi.ter ſūptus.cc.xliii nūerū cōplet q̄ inter ꝑdictos duos numeros

ſexquitertiam facientes collocentur ut hic.

diataſſaron cōſonantia

tonus tonus .ſemito.mi

c.xcii. cc.xvi. cc.xliii. .cc.lvi.

ſexꝗoctaua ꝓpor.ſexꝗocta ꝓpor.

Sexquitertia proportio.

In his numeris primus ad ultimum ſexꝗter tiam facit ꝓportionem diateſſaron conſonā tiam producentem. Primus uero ad ſecūdū ſexquioctauā & tonum format. Iteꝫ ſecūdus ad tertium aliam ſexquioctauam aliumq; to num facit. Reſtat nunc ſpacium quod cadit inter.cc.xliii.&.cc.lvi. in qbus minimis ſe mitonii minoris primum forma conſiſtit. Quoniam uero prediximus hoc ſemitoniū non implere rectum toni dimidium. ad id probandum nunc ueniamus.nā cū.cc.xliii. &.cc.lvi. differentia.xiii.tantum unitatibus ↄſiſtat. ſi ipſa dn̄ia decieſocties ſumat̄ n̄ red det totū minorē ſꝫ deficiet a tota ſūma ip̄ius mīoris.nā fiēt.cc.xxxiiii.q mīor ē q̄.cc.xliii

54

Si uero decies nonies ipſa; dr̄am multiplica
ueris ſupuadēt ip̄m minorē. nā fiēt .ccxlvii.
Igit̄ ipſa dr̄a minus cōtinet q̄ decimāoctauā
ipſius minoris parte;. plus uero q̄ nonādeci
mā. Ex quo oportet ſemitoniu; om̄e ad hoc
ut integrū toni dimidiū ſeruet inter ſexqſex
tādecimā & ſexquiſeptimādecimā ꝓportiō;
collocari qd ē impoſſibile.. nā ut ſupradixi
mus ultīo tercii. ꝓportio ſexqoctaua ī duo
ineq̄ diuidit̄ ut īter. xviii. &. xvi. qm̄ natu
raliter . xvii. nūerus intercidit nō eandē pro
portionē retinet. xvii. numerus ad. xvi. nūe
rū quam facit. xviii. ad. xvii. & qm̄. xvii. ad
xvi. cū ſint minores numeri maiorē tenēt ꝓ
portionē q̄. xviii. ad. xvii. Ipſa idcirco ſexq
octaua ī duas eq̄s partes non pōt diuidi qd
ſi fieri deberet neceſſe eſſ; ſexquiſextedecime
ꝓportionis partē aliq̄tulā coniūger̄ ꝓportō
ni ſexquidecimeſeptīe q̄ minor ē ut fierēt eq̄
qd nullo mō pōt fieri. qm̄ ſexquiſextadecīa
ꝓportō nullā ī ſe h; minorē pticulā q̄ ſexq
ſextādecīa; q̄ ē unitas penitus indiuiſibilis
patet itaq; ex his ꝙ tonus neq̄q̄ in duas eq̄s
ptes pōt diuidi. Itē qm̄ ſemitoniū minus nō
attingit dimidiū toni ſi id duplicatū fuerit
nō cōplebit tonu;. ergo z duo ſemitonia mi

nora non faciũt totũ tonũ. qm̄ ꝗcquid cuiuſ cunqꝫ fuerit dimidium ſi id duplicetur illud totum perficit cuius dicitur eſſe dimidiũ. ſi uero illud totum implere non poſſit gemīata particula minorem ſequitur fuiſſe ipſam ante geminationeꝫ particulā ꝗ̄ ipſius totius partem dimidiam. ſi aũt geminata particula ſuperexcreuerit ſuũ totum. tũc anteꝗ̄ duplicaretur maior erat parte dimidia. Illud igit᷑ quod uere ſemitonium in conſonantiis nuncupatur minus eſt recto toni dimidio. quod uero relinquitur de toto tono maius eſt parte dimidia ipſius toni. Ipm̄ enim apothomē greci nuncuparunt. a nobis autem pōt uocari deciſio. Quanto itaqꝫ ſemitoniũ minus recto toni dimidio minus eſt. tanto apothome integrũ toni dimidiũ excedit. & qm̄ mõſtratuꝫ eſt ſemitoniũ inter. cc. lvi. &. cc. xliii. principaliter ſtare. nũc in ꝗbus minimis numeris apothome conſtet aperiendum eſt. Si enī. cc. xliii. octauā poſſent recipere partē ut ad eum ſuus cõpararet᷑ ſexquioctauus. tunc cc. lvi. habitudo ad ipius minoris ſexꝗoctauaꝫ cõpata. apothomen neceſſaria rõne ꝓbaret. ſed qm̄ ipſe. cc. xliii. numerus octauā nõ pōt habere partē. utriqꝫ numeri octies fiant

& quidem.cc.xliii. octies multiplicati effici
mille dcccc. xliiii. quibus ſi propria eorum
ſuperaddatur octaua .ſ..cc.xliii. mox fient
duo milia.c.lxxxvii.Item.cc.lvi.per octona
riū creſcant.fient .ii.milia.xlviii. qui predi
ctorū duorū ī medio collocentur hoc ordīe

to nus
ſemitoniū minus apothome
i.ixc.xliiii. zo.xlviii. z.i.lxxxvii
ſexquoctaua ꝓportō

Tertius itaqꝫ terminus ad primuꝫ tonū con
ſtituit in ſexquioctaua ꝓportione. ſcdus ue
ro ad primū.ſemitoniū minus producit.ſed
tertius ad ſcdm ſemitonium maius ſiue apo
thomen tenet. atqꝫ in hiſdeꝫ primis apotho
mes conſtat proportio.cum ſemitonii mino
ris ſpacium in.cc.lvi.&.cc.xliii.minimis cō
tineať numeris.Sūt idcirco mille.ixc.xliiii.
& duo milia.xlviii.ī eadem ꝓportione qua
cc.xliii.&.cc.lvi.quoniaꝫ.cc.xliii.&.cc.lvi.
ſunt octonario multiplicati.ſi eniꝫ unus nu
merus duos quoſlibꝫ numeros multiplicet
nūeri q ex ea multiplicatiōe oriūť.in eadem
erunt proportione qua fuerunt hii numeri

quos multiplicator numerus multiplicauit
Sed toni diuiſioneʒ alio modo philolaus pi
thagoricus tradidit ſtatuens primũ impareʒ
numerum.ſ.ternariũ cum ſuo quadrato qui
nouenarius dicitur.hũc quoqꝫ ternario mul
tiplicat & fiunt.xxvii.qui ad.xxiiii.cõpara
ti tonum tenent in ſexquioctaua ꝓportõne
eorum eniʒ ternarius eſt differentia qui octi
es computatus.xxiiii. perficit. nonies uero
xxvii.implet.tonum eniʒ in ſemitoniuʒ mi
nus & apothomen diuidit. horum quidem
dr̃am coma eſſe dixit affirmãs minus ſemito
nium.xiii.unitatibus conſtare. eo ꝙ inter
ccliii.&cclvi. preuiſa ſit dr̃a.Et quia idem
xiii.numerus ex nouenario & ternario atqꝫ
unitate que cunctis obtinet locum conſiſtit
ternarius primus eſt impar in numero natu
rali.nouenarius primus impar q̃dratus.hac
de cauſa qm̃ in.xiii.numero ſemitoniuʒ mi
nus conſtituit.reliquã partem.xxvii. nume
ri que ẽ.xiiii. apothomen continere cenſuit
ſed cum.xiii.&.xiiii.unitas dr̃am faciat uni
tatem loco comatis arbitratur eſſe tenendam
totũ enim tonuʒ in.xxvii. unitatibus locat
eo ꝙ ĩter .ccxvi.&.ccxliii.qui inter ſe diſtãt
tono.ipſe.xxvii.numerus ſit dr̃a. Ex his in

Ternarius primus eſt impar in numero naturalis. Nouenarius primus impar quadratus

fasc. VIII

fertur tonum fieri ex duobus ſemitoniis &
uno comate. nam ſicut tonus ex apothome
& ſemitonio conſtat. ſemitonium uero ab a
pothome differat comate. nihil aliud eſt apo
thome q̄ ſemitonium minus & coma. Vnde
ſi de tono duo ſemitonia minora abſtrahan
tur relinquitur coma. quod hac etiam pro
batione mōſtratur. ſi diapaſon quinq; tonis
& duobus ſemitoniis minoribus continetur
ſex toni excedunt diapaſon uno comate. nō
eſt dubiū quin tonis ipſis quinis a diapaſō
ſublatis duo relinquantur minora ſemitōia
a ſex uero tonis retractis quinis relinquitur
tonus. qui duo ipſa ſemitonia uincit coma
te. ſi aūt ipſis duobus ſemitoniis coma repo
natur perficitur tonus. Conſtat igit̄ tonus
duobus ſemitoniis & uno comate. Semito
nium nanq; minus philolaus ipſe dieſim ap
pellauit. Poſteri uero ut ponit Boetius die
ſim dixerūt ſemitonii minoris dimidiū. Igi
tur ſemitoniū minus duas habet in ſe dieſes
Apothome uero ſiue ſemitoniū maius duas
dieſes & unum coma. ex quo ſequitur tonū
ex q̄tuor dieſibus & comate perfici. ad quo
rum euidentiam ſex litteras quinq; ſpacia ꝓ
ducentes ſtatuamus hoc ordine.

dieſis .dieſis dieſis .dieſis coma
A b c d e f
Semitoĩu3 minus. Semitoniũ maius
to nus.

Coma enĩ ut qbuſdã placet eſt dimidiu3 di
eſis.ſed Boetius nr̃ coma ip̃m dieſis dimidiũ
excedere rationabiliter mõſtrat in tertio ſue
muſices Et quidem diminutiores particulas
philolaus ipſe dimenſus eſt. Coma quippe
in duo ſichiſmata.unumq; ſichiſma in duo
dyachiſmata partiuntur nõnulli. dieſis uero
& comatis.aliarũq; diminutõrum particula
rum naturam in numeris aperire nõ curo ob
ipſarũ difficultatẽ. cum minime ſint neceſſa
rie ad facilem conſonantiarũ conſideratiõẽ
ſed ſemitoniorũ naturã monſtraſſe ſufficiat
que minima quidem ſunt in conſonãtiis cõ
ſtituta. & prima ĩ diuiſione tonorũ occurrẽ
tia.ut euidentius apparet ĩ diuiſione mono
cordi.

boetius mostrat coma excedere dimidiũ diesis

tonus in quatuor dieses coma. diesis in duo comata coma in duo sichismata. sichisma in duo dyachismata.

De natura diapentes & diapaſõ. Ca.iiii. ĩtelligẽdũ

d Iapentes cõſonãtia cõſiſtẽs ĩ ꝓpor
tione ſexqualtera fit ex diateſſarõ z
tono.nã ſexqtertia & ſexqocta.pro

portio ſexqualterã formant. qm̃ igiť ut pre dictum eſt. diateſſaron ſimphonia fit ex duobus tonis & ſemitonio. ſi ſupradiunxerimus tonum diapenten creabimus. diſponamus nanq; numeros quos ſupra ĩ ſexquitertie proportionis extenſione cum interpoſitõne duarum ſexquioctauarum. & ſpatii ſemitonii minoris expoſueramus hoc modo.

c.xcii. .cc.xvi. .cc.xliii. .cc.lvi. primus enim terminus ad ſecundum & ſecũdus ad tertium ſexquioctauas faciunt proportões idcirco duos tonos. quartus uero ad tertiu; ſemitonii minoris ſpacium tenet. idem quartus ad primum ſexquitertiam atq; diateſſarõ facit ut ſuperius uiſum eſt. Nunc uero ſi octauam. cc.lvi. numeri partem. eidem ſupadiunxerimus fient .cc.lxxxviii. qui ad eundẽ cc.lvi. numerum ſexquioctauam tenebunt proportionẽ & tonũ. Ipſe uero. cc.lxxxviii. numerus ad. c. xcii. comparatus ſexqualterã probat proportionem diapentes ſimphoniã retinentem. Igitur diapente fit ex diateſſarõ & tono. ideſt ex tribus tonis & ſemitonio. Diſponantur enim omnes hi numeri hoc modo.

Sequitur figura




In hac numerorum diſpoſitione ultimus terminus.ſ.cc.lxxxviii. ad quartum.ſ.cc.lvi. ſexquioctauam ut uidemus facit hinc tonũ ipſe uero ultimus ad.c.xcii.qui primus eſt ſexqualteram.idcirco diapenten facit. patet igitur diapenten effici ex tribus tonis & ſemitonio.ſiue ex diateſſaron & tono. nam proporportio ſexqualtera fit ex ſexquitertia & ſexquioctaua. Diapaſon uero conſonantiaꝫ ſimul iuncte diateſſaron & diapẽte perficiũt nam cũ in dupla proportione conſiſtat. dupla quidem ꝓportio ex ſexquitertia & ſexq̃ltera formatur. Igitur quoniã diateſſaron & diapente in ſexquitertia & ſexq̃ltera cõſiſtũt

neceſſe eſt ex ſimul iūctis diateſſarō atq; dia
pentediapaſon ſimphonia3 produci. Et quo
niam monſtratu3 eſt diateſſaron ex duobus
tonis ſemitonioq; conſtare. Diapenten uero
ex tribus tonis & ſemitonio. Diapaſon que
fit ex ipſis. neceſſario ex quinq; tonis & duo
bus ſemitoniis conſtabit. Verū cu3 illa duo
ſemitonia non perficiant tonu3 ut latius ui
ſum eſt in precedenti capitulo. ſed quidē to
ni medietatem excedant Diapaſon conſonā
tia nullo modo ſex tonos cōtinere poteſt. ſ3
deficit de ſex tonis uno comate. quod ſi ad
hiberetur illis duobus ſemitoniis tonum p
ficeret. & ſic diapaſon fieret ex ſex tonis. Nō
igitur diapaſon conſtat ex ſex tonis. ut arbi
tratus eſt Ariſtoxenus. quam quidem falſi
tatem concludit Macrobius in ſcdo ſomnii
ſcipionis dicens. diapenten ex tribus tonis
& ſemitonio. diateſſaron uero ex duobus to
nis & ſemitonio conſtare. duoq; ſemitonia n̄
implere totum tonum. Diapaſon deniq; de
ſex tonis confici. preponit uera. concluden
do falſum. eodē etia3 errore deceptus eſt do
minus reconciliator medicine ſuper. xiii. p
blemate muſices Ariſto. cōcludens biſdiapa
ſon perſici ex duodeci3 tonis ex quo ſeqret

diapaſō ſex tonos habere. Nam nihil aliud
eſt biſdiapaſō q̄ diapaſō duplicata. nihil ali
liud duodecim toni ſūt q̄ ſex toni duplicati
Diapaſon itaq; quoniam in dupla ꝓportiōe
conſiſtit. que in duas inequas partes diuidi
tur. ſ. in ſexqualteram & ſexquitertiam diui
ditur in duas partes inequales. ſ. in diapētē
& diateſſarō. ut tactum eſt quinto ſecūdi. cu
ius quidem naturam in diuiſione monocor
di euidentius declarabimus. Et quidem ſi
diapaſon conſonantie diapentes ſimphoniā
addamus fit conſonantia ex utriſq; uocabu
lis nuncupata ſcilicet diapaſondiapente in
tripla conſiſtens proportione ut iam ſuperi
us claruit. quoniam diapaſon in dupla. dia
pēte ī ſexqualtera cōſiſtūt. que ſimul iuncte
triplā perficiūt ut euidētius patet ſcdo capi.
ꝙ ſi diapaſōdiapētes ſimphonie ſupaddita
fuerit diateſſaron mox fit biſdiapaſon cōſo
nātia in quadrupla ꝓportione cōſiſtēs. nam
ſi triple ꝓportioni addiciamus ſexqtertiam
efficiet quadruplā ꝓportionē ut apparet pre
fato capitulo. & ultimo tertii. Conſtat enim
diapaſondiapente ex octo tonis & tribus ſe
mitoniis minoribus. Biſdiapaſō uero ex de
cem tonis. quatuorq; minoribus ſemitoniis

ut patet diligenter intuenti. q̄ quidē poſteri
us eluceſcēt in monocordi diuiſione. & diſti
ctione ſpērum introductorii. Si aūt quadru
ple ꝓportioni ſupaddita fuerit ſexqualtera
mox fiet ſexcupla nō īmerito. quia cum du
pla proportio geminata quadruplam faciat
ita quoqꝫ neceſſe eſt ex tripla geminata ſexcu
plam effici. ſic igitur diapente cuꝫ ſuperadi
ciatur biſdiapaſon conſonantie efficiet cōſo
nantiā biſdiapaſondiapentes que a muſicis
in conſonātiarum ordine minime conſtituta
eſt ob maximā extremorū ſonorū ad inuicē
diſtantiā. Et quoniā inter quadruplā & ſex
tuplā proportionem una naturaliter interci
pitur. ſ. quincupla. videndū eſt utrū ſexqui
tertia q̄ minor eſt q̄ ſexqualtera ſi iungatur
quadruple proportioni poſſit in multiplici
tatis ordine contineri. diſponatur enim qua
drupla proportio hoc modo .iii. xii. cui ſu
peradiciamus ſexquitertiam ſcilicet. xvi. qui
omnes conſequenter ordinentur. iii. xii. xvi.
Duodenarius enim ad ternarium quadru
plam perficit. ſextuſdecimus autem ad duo
denarium ſexquitertiam. Itēm .xvi. ad .iii.
non quincuplam tantum facit ſed excedit de
una unitate que ipſius ternarii ē tertia pars.

& quia inter ipſã quīc uplã. & ſexcuplaꝫ prī
us ex quadrupla & ſexqualtera productam
nulla naturaliter pōt ꝓportio multiplex in
tercipi. ideo ſexquitertia non additur q̃dru
ple ut ſit in genere multiplici. & p conſequēs
nō dicitur biſdiapaſō diateſſaron conſonātī
am eſſe. que licet ex. iii. &. xvi. proportione
uideatur effici q̄ dicitur qncupla ſexqtertia
in multiplici ſuperparticulari. ea tamen non
in multiplici cōſtare probat̃ ſed in multiplī
ci ſuperparticulari. qm̄ ī cūctis quadruplis
ſeruatur ordo multiplicitatis & ſupparticu
laritatis cū ſupadiūgat̃ ip̄a ſexqtertia ꝓpor
tio. ut his monſtratur numeris. vi. xxiiii.
xxxii. qppe. xxiiii. ad. vi. ē q̃drupla ꝓportō
xxxii. uero ad. xxiiii. ſexquitertia. itē. xxxii.
ad. vi. quincula ſexquitertia. eodem modo
ſunt. xii. xlviii. lxiiii. ad inuicem comparati
ideo cuꝫ iuncte ſuperparticulares multiplici
bus proportionibus alias debeant formare
multiplices in his non ſeruatur ordo talis ſi
cut neq꞉ in dupla & ſexquitertia. q̄ dicit̃ dia
paſondiateſſaron ut iã claruit quinto ſecūdi
ergo biſdiapaſōdiateſſarō nō recipit̃ ī ordīe
cōſonātiaruꝫ. & qdē biſdiapa. diapen. omiſe
rūt muſici ob maxīaꝫ extremorū ſonorū ut

dictū ē diſtātiā.ſꝫ qđ de diapaſōdiapente. &
diapaſōdiateſſa.tradiderūt.de his quoqꝫ con
ſenſerūt ītelligi.qa nihil aliud ē biſdiapaſō
q̄ diapaſō duplicata.nihilqꝫ aliud ē ꝓportō
q̄drupla q̄ gemīata dupla.ſꝫ hoc tm̄ intereſt
inter diapaſōdiateſ.& biſdiapa.diateſſarō.qꝛ
diapaſondiateſ.cōſiſtit ī multiplici ſuppartī
ente. Biſdiapaſondiateſ.vo ī multiplici ſup
particulari ut ex p̄dictis rōibus pōt colliger̄
qſqꝫ. Tres igit̄ tm̄ ſūt ī multiplicibus cōſo
nātie q̄s muſici tractāt.ſ.diapaſon.diapaſon
diapē.& biſdiapa.treſqꝫ ī ſupparticularibus
ſ.diateſſarō.diapēte & tonus.q cū nō ſit con
ſonātia ſꝫ cōſonātiarū mēbrū.tn̄ qm̄ in ſexq
octaua cōſiſtit ꝓportione & cū peraptiſſime
adhibeat̄ cōpoſitioni cōſonantiarū.ipſis eū
cōnumeramus cōſonātiis. Biſdiapaſon itaqꝫ
cōſonantie ſoni ī extremitate maxime diſtāt
cuꝫ a ſe quadrupla interualli dimenſione di
ſcedant.& quidem ipſam maiorē muſici con
tractarunt. Diateſſaron uero cunctis conci
nentiis minorem probant.quoniam acutior
ſonus grauiorem tertia parte ipſius grauio
ris tranſcendit. Eſt igit̄ hic concinentiarum
modus ut neqꝫ ultra quadruplam poſſit ex
tendi.neqꝫ intra partē tertiā coartari.

## De ordine conſonantiarũ. Capitulũ. v.

n Vnc ipſarũ ordinẽ ꝯſonãtiarũ ſcdꝫ pythagoricos exprimamus. Ea eñi conſonantia prima ẽ in ordine conſtituenda cuius ſuauitatis ꝓprietatẽ ſenſus apertus cõphẽdit. Quale eñi ẽ unũquodqꝫ p ſemetipſum tale etiaꝫ dẽphenditur ſenſu in armonica facultate. ut inquit Boetius. Quocirca ſi ea cõſonãtia que in dupla proportione cõſiſtit cunctis eſt notior cõſonãtiis. nõ ẽ dubium primã omniũ eſſe diapaſon ſimphoniam. meritoqꝫ excellere qm̃ cognitione pcedat Relique uero que multiplicitatis ordinẽ ſeruant. quoniam multiplices ꝓportiones nõ immerito ſuperparticulares habitudines trãſcendunt ſcd̃m pythagoricos naturali ordĩe debent ſequi. quod ſit ut diapaſon quidem in dupla ſit prima. Diapaſondiapente ĩ tripla ſit ſecunda. Biſdiapaſon uero in quadrupla proportiõe ſit tertia. hinc idcirco numerum naturalem ab unitate inchoantem uſqꝫ ad quaternarium diſponamus hoc modo. i. ii. iii. iiii. binarius nãqꝫ unitati cõparatus duplam facit proportionẽ diapaſon cõſonãtiã reddẽtẽ q̃ eſt maxia & ſimplicitate notiſſi

ma. ternarius uero eidē unitati cōputatus tri
plam monſtrat ꝓportionē diapaſondiapētē
perſonātem. quaternarius autē ipſi unitati
comparatus quadruplaꝫ efficit biſdiapaſon
ſimphoniā educētē. & quidē qm̄ hi multipli
ces unitateꝫ q̄ prima ē reſpitiūt. eāqꝫ recto or
dine ſubſequūt. Pythagorici ſtatuerūt mul
tiplices precedeř. ſuperparticulares uero ſeq̄.
Reſtat igitur proportio ternarii ad binariū
que eſt ſexqualtera diapentē conſtituens. pri
mam quidem ſuperparticularē occurrentem
in ordine naturali. quaternarius autē ad ter
ternariū ſexquitertiam ducit. diateſſaron cō
ſonātiam probātem ſecūdā ſupparticularem
Item quaternarius ad binariū duplam facit
queādmodū binarius ad unitateꝫ. & q̄a due
prime ſuperparticulares ipſā diuidūt duplā
poſt multiplices habitudies. ſuperparticula
res poſuerunt que diapēten & diateſſarō du
cunt. Embulides tamē atqꝫ hyppaſus alium
conſonantiarum ordinem ſtatuerūt dicentes
multiplicitatis augmenta diminutioni ſup
particularitatis correſpondere ita ut non
poſſit eſſe duplum preter dimidium. nec tri
plum preter tertiam partem. duplam primo
ponunt. ſ. diapaſon. ſecundo ſexqualteram

prima ſuperparticularis

alius conſonantiarum ordo et melior ſecundum hyppaſum et embulidē.

alius cōſonā
tiar ordo ſm
nicomacum

quaſi in contrariā diuiſionē duple q̄ diapen
ten facit. tertio triplā que fit ex permixtione
duple & ſexqualtere. Idcirco diapaſondiapē
te. quarto ſexquitertiam quaſi in contrariā
diuiſioneꝫ triple diateſſaron habentē. quin
to quadruplā. ſ. biſdiapaſon. factam ex con
iunctione triple & ſexquitertie. Nicomacus
tamē alio modo conſonantiarum ordinē ſta
tuit. vt enim in ꝓportionibus unitas cremē
ti diminutioniſq; principiū tenet. ita quoq;
diapaſon reliquarum eſſe conſonantiarū prī
cipium inquit. illaſq; ſibi in contraria diui
ſione poſſe conſtitui. diſponatur enī nume
rus naturalis incipiēs ab unitate hoc modo
i. ii. iii. iiii. v. Binarius enī unitatis duplus
eſt. cuius contraria pars. eiuſq; dimidiū. ē ip
ſa unitas. ternarius unitatis triplus ē. cuius
contraria pars tertia. quaternarius unitatis
eſt q̄druplus. pars eius cōtraria q̄rta. atq; ita
creſcēdi & decreſcēdi ī ſimplici ē unitate prin
cipiū. quocirca diapaſō q̄dē q̄ ē dupla erit ſu
ꝑmi loco prīcipii. reliq̄ aūt erūt ī cōtraria di
uiſiōe. ꝑtermiſſa diapaſō. ſexq̄ltera. n. triple
opponetur diuiſioni. ſexq̄tertia v̊o q̄druple
q̄d hac argum̄tatōe ꝓbat̄. idē. n. primus ſex
q̄lter ē nūs q̄ primus ē t̄plus ſi unitati ꝯpet̄

Nam ternarius binario cōparatus primus ē
ſexqualter .idem uero unitati cōputatus pri
mus eſt triplus.rurſus eius differentie quaꝫ
inter ſe & binarium facit triplus ē. Cū igit͛
hac rōe ſexqualtera opponatur triple. diapē
tes conſonantia diapaſondiapentes ſimpho
nie rationabiliter putatur opponi. Itē qua
drupla contrariam habet ſexquitertie diuiſi
onem.nam qui primus eſt quadruplus uni
tati comparatus.ſ.quaternarius ipſe primus
eſt ſexquitertius ſi ternario compare͛. Eius
quoqꝫ dīie quā inter ſe & ternariū habꝫ.effi
citur quadruplus.ex quo fit ut ſexquitertia
proportō q̄ eſt diateſſaron quadruple ꝓpor
tioni q̄ ē biſdiapaſon in cōtrariū diuidatur
Dupla uero qm̄ nullā habet oppoſitā ꝓpor
tionē ſcdm hanc Nicomaci ratiōꝫ. nec ullus
minor ſevqualtero extat numerus cui poſſit
binarius qui primus eſt duplus ſuperparti
culari proportione cōiungi talem formā cō
trarie proportōnis excedit.atqꝫ idcirco ſcdm
nicomacuꝫ diapaſon tenet conſonantiarum
principium .& q̄uis ita ſe ſe habeant he con
ſonantie. Poſtremo tn̄ concludit cuꝫ pytha
goricis melius eſſe omnes multiplices conſo
nantias precedere.& ſuperparticulares ſequi

In quo genere conſiſtat diapaſon cõſonãtia Ca. vi. intellectu facile

C Vm amplioribus ſit monſtratum declarationibus diapaſon conſonã tiã in multtplici genere ineq̃litatis conſtitui in dupla.ſ. ꝓportione. & diapentẽ diateſſaronq; ac tonũ. in ſupparticulari. v3 ĩ ſexqualtera. ſexquitertia & ſexquioctaua. re ſtat probare fortioribus argumẽtationibus nullo modo ipſam diapaſon in alio inequa litatis genere q̃ in multiplici poſſe locari. dia pentenq; ac diateſſaron & tonum in alio q̃ ĩ ſuperparticulari conſiſtere poſſe. & primo hoc unum quidẽ dignũ ſcitu eſt. ꝙ ſi ab om ni ſuperparticulari continuã ei ſuperpticula rem abſtrahamus ꝓportionẽ q̃. ſ. minor ſit tũc id quod relinquitur minus eſt mediet̃a eiuſdem ꝓportionis abſtracte. ut in ſexqual tera & ſexquitertia. qm̃ ſexqualtera maior ẽ ſexquitertiam auferamus a ſexqualtera. r̃ma net ſola ſexquioctaua proportio. q̃ ſi dupli cetur non implet diateſſaron conſonantiã. ſ. ſexquitertiã ꝓportioneʒ. ſed minor ẽ de uno ſemitonio minore. ꝙ ſi duplicata ſexq̃octa ua non perficit ſexquitertiam. ſimplex ſexq̃ octaua non tenet dimidium ipſius ſexq̃tertie

Igitur ſi a diapente auferamus diateſſaron reſtat tonus qui ipſius diateſſaron medietatem non implet. quoniam ut ſepe tactum ē diateſſaron conſtat ex duobus tonis & ſemitonio. Pro cuius euidētia ſubitiamus ſexq̄lteram que ſexquitertiā & ſexquioctauam diſtinguat hoc modo.

Sexqualtera proportio
Sexqtertia ꝓpor. ſexqoctaua
vi. viii ix.
Diateſſaron tonus
Diapentes conſonantia

Vides nāqꝫ nouē ad ſex ſexq̄lterā habere collationem & diapentes conſonātiam. octo autē ad ſex ſexquitertiam atqꝫ idcirco diateſſaron. noueꝫ uero ad octo ſexquioctauā hinc tonum. Igitur ſi minorē numerū .ſ. ſenariū cuius ſexquitertius eſt medius vꝫ octonarius auferas. relinquuntur octo & nouem qui inuicem comparati ſexquioctauam & tonū ducunt. qui rectum diateſſaron conſonātie dimidium non implet. Si autem ſexquiq̄rtū auferamus a ſexqtertio. id qđ r̄linq̄t n̄ implet medietatē ſexqq̄rti. hoc idē eſt in ceteris

Nunc enim diapaſon conſonantiã adeũduꝫ
eſt. ſi quidem diapaſon non in multiplici ĩ
equalitatis genere fuerit conſtituta. in ſuper
particulari genere neceſſe eſt collocetur. Itaqꝫ
ſit diapaſon in ſuperparticulari habitudine
auferamus nunc ab ea continuã conſonanti
am. ſ. diapenten. relinquitur diateſſarõ que
duplicata excedit diapentes conſonantiã to
no ac ſemitonio. ſed ſi ipſa diateſſaron ſim
plex non impleret medietatem diapẽtes. tũc
duplicata non attingeret totã diapenten. &
ſic diapaſon conſonantia poſſet in ſuperpar
ticulari genere collocari. Veruꝫ qm̃ diateſſa
ron eſt pluſ q̃ diapentes dimidiũ. ſi duplicet̃
excedit diapenten. nam cuꝫ diapente conſtet
ex tribus tonis & ſemitonio. diateſſaron ue
ro duobus tonis ſemitonio ꝑ formet̃. ſi dia
teſſaron ipſa geminetur erunt quatuor toni
& duo ſemitonia. & quideꝫ ſuperatur diapẽ
te a quatuor tonis & duobus ſemitoniis de
uno tono unoqꝫ ſemitonio. non igitur fieri
põt. ut bis ſũpta diateſſaron. diapenten con
ſonantiã non attingat. hinc idcirco diapaſõ
conſonantia in ſuperparticulari genere mini
me comprehendi poteſt.

fasc. IX



In quo genere conſiſtant diateſſaron diapente & tonus. Ca.vii. intellectu facile

q Vãq̃ ex precedẽtibus ſatis eluceſcerit diateſſaron & diapenten atq; tonum ĩ ſuperꝑticulari genere cõſiſtere. id quoq; lucidioribus argumẽtationibus reſtat probãdũ. & primũ quidem hãc ueram concluſionem pͤſupponemus. ꝙ ſi ab omni ꝓportõne ſuperparticulari cõtinuam ei ſupparticularem auferamus ꝓportionem minorem. id quod relinquitur deficit a medio ipſius que retracta eſt proportionis. ut declaratũ eſt ĩ precedenti capitulo. Igiẗ ſi quis has conſonantias in ſuperparticulari genere conſiſter̃ negauerit. in multiplici fateatur neceſſe eſt. in ſuperpartienti nãq; & in ceteris cõpoſitis cur ñ poſſint collocari. ex ſuperioribus ſpeculator capitulis poterit ex ſeipſo colligere quiſq;. Preſupponamus itaq; eas in multiplici genere ſtatuẽdas. licet ſit impoſſibile. & qm̃ diateſſarõ cõſonãtia minor eſt. diapente uero maior. ſit diateſſaron in dupla. diapẽte in tripla. eſt quidẽ uериſimile ut ſi diateſſarõ ſtatuatur in dupla. diapẽte q̃ ei continua eſt ꝓportioni que duple continua eſt. ſ. triple

debeat attribui. Tonus autē qui in muſicis habitudinibus poſt diateſſaron habet͛. cuꝫ quidē minor ſit in ea ꝓportione ē locandus q̄ minor ē q̄ dupla. ſed hec nō reperit͛ ī gn̄e multiplici. nam dupla ꝓportio eſt prima & minor cūctis multiplicibus. neceſſe eſt ergo ip̄m tonū in ſuperparticulari gn̄e collocari ſit igitur tonus ī prima ſupparticulari. ſ. in ſexqualtera. quippe ſi duplice ꝫ auferamus a tripla relinquitur ſexqualtera. Vnde ſi dia teſſaron ſit in dupla. & diapēte in tripla. ab ſtracta diateſſaron a diapente relinquitur to nus. non eſt enim dubium quin tonus ſecū dū hanc rationeꝫ debeat in ſexqualtera cōſti ui. ſed cū relictus tonus non debeat medieta tē diateſſarō q̄ retracta ē a diapente adimpler͛ ut patet per concluſioneꝫ preſuppoſitā. due nunc ſexqualtere duplam excedūt proportō nē ut latius expoſitū eſt ultimo tertii. & ſic duo toni diateſſarō ſuparēt. qđ ē ĩcōueniens nā diateſſaron duos tonos ſemitoniūq; cōp hēdit. Igit͛ diateſ. & diapente ac tonus ī alte ro genere q̄ ī ſuperparticulari neq̄q̄ poſſunt conſtitui. Si autem & tonum in multiplici ſtatuamus. cuꝫ ſit tonus minor q̄ diateſſarō & diateſſaron minor q̄ diapente collocemus

tonũ in dupli proportione. diateſſarõ uero in tripla. & diapenten in quadrupla. ſ; quo niam diapente conſtat ex diateſſaron & to no. quadrupla ꝓportio hoc modo fieret ex dupla & tripla. quod quidẽ fieri nequit. na; dupla & tripla ſimul iuncte ſexcuplã perfici unt ut in his patet numeris. ii. iiii. xii. qua ternarius eni; ad binariũ duplã monſtrat ꝓ portionem . Duodenarius uero ad quaterna rium triplã . Item duodenarius ad binariu; ſexcuplam. Item conſtituamus diateſſarõ in tripla. & diapenten in quadrupla. ſi nũc ab ſtrahamus triplã a quadrupla. quod relinq̈ tur fit ſexquitertia. rurſus ſi diateſſaron auſe ramus a diapente relinquitur tonns q̈ ſcd̃m hanc rationem in ſexquitertia ꝓportione cõ ſtabit. ſed tres ſexquitertie ꝓportiones una tripla ſunt minores. igitur tres toni unã dia teſſaron nõ implerent quod ẽ falſiſſimũ. nã tres toni diateſſaron excedunt uno ſemitoĩo maiore. ſ. apothome. Diateſſaron itaq; nullo mõ in multiplici põt gñe collocari. quocirca nec diapẽte multiplicẽ tenebit ꝓportõ;. q̄ ſi diapente ĩ multiplici ſtatuamus. quoniã dia teſſaron ẽ minor. & ei cõtinua nullo mõ ipa; locabimuſ ĩ pria multiplici. ſ. ĩ dupla ꝓpor.

cū nō eſſet tum locus ſeu minor a dupla pro portio.cui poſſet diateſſaron cōuenienter ad aptari.ſed diateſſaron conſonantia multipli cis generis nō eſt. Idcirco diapente in mino ri habitudīe multiplicis generis q̄ eſt dupla q̄ minima eſt aptari nō poteſt. ſit igitur dia pente in minima multiplici q̄ eſt dupla.tūc diateſſaron que minor eſt nō poterit in mul tiplici collocari.qm̄ dupla ꝓportio minima eſt ut dictuꝫ eſt.que in multiplici genere oc currat .Si uero diateſſaron in ſexqualtera fu erit conſtituta.tonus in ſexquitertia que ei continua eſt locabitur. ſed due ſexquitertie unā ſexqualterā excedūt proportionē.igitur & duo toni unā diateſſaron excederēt. quod nulla ratione conceditᷣ.quippe cōſtat latius ex predictis rōnibus diateſſaron.diapenten ac tonum ī multiplici genere locari nō poſſe ergo in ſuperparticulari iure cōſiſtunt. quo niam ut pluries tactū eſt.omnes muſice con ſonātie enucleantur ex multiplici & ſuperp ticulari . Eſt inſuper notandū ꝙ ſi diapente & diateſſaron in ſuperparticulari genere col locantur.maximas proportiones ſuperparti culares habeāt neceſſe ē.Sunt enim in ſuper particularibus maiores ſexqualtera & ſexq

tertia.quã qdẽ concluſionem ſic probamus
nam ſi in minoribus generis ſuperparticula
ris ꝓportionibus q̃ ſexqualtera & ſexquiter
tia.diapente & diateſſaron conſiſterent. nõ
eſt dubiũ quin ſicut alie quelibet due ſuper
particulares ꝓportiones preter ſexqualteraꝫ
& ſexquitertiam ſimul iuncte non efficerent
unã duplã.& ſic diapente & diateſſaron non
perficerent diapaſon.que ut monſtratum eſt
in dupla proportione cõſiſtit.dupla uero ꝓ
portio ex ſexqualtera & ſexquitertia compo
nitur. diapaſon itaqꝫ ex diateſſaron & diapẽ
te coniungitur. quocirca ſi diapaſon in du
pla proportione conſtituta eſt. neceſſe ẽ dia
penten ac diateſſaron ĩ ſexqualtera & ſexqui
tertia collocari.aliter enim nõ poſſent ſimul
iuncte diapaſon cõſonãtiã perficere.q̃ in du
pla proportione cõſiſtit. Aliarũ nãqꝫ ſuperp
ticulariũ ꝓportionum due queqꝫ continue
duplã nullo modo perficere poſſunt ꝓporti
oneꝫ ut in his patet numeris.iii.iiii.v.vi. q̃
ternarius nãqꝫ ad ternariũ ſexquitertiã facit
proportionem .quinarius uero ad quaterna
riũ ſexquiquartã. iũcte aũt ſimul ſexquiter
tertia & ſexquiquarta nõ perficiunt duplam
quippe quinarius ad ternariũ nõ eſt dupla

proportione cōſtitutus. ſimiliter & ſexq̄rta iūcta ſexquiquinte a tota ſūma deficit duple quinarius enim ad quaternariū ſexquiquartam. ſenarius uero ad quinariū ſexquiquintam tenet. idem uero ſenarius ad quaternarium nō duplā implet ſed ſexqualteram facit idem quoq; iudiciū ē in ceteris ſuperparticularibus cōtinuis. Id tamē aduertendū eſt ꝙ due queq; continue ſuperparticulares ſimul iūcte deficiētes a perfectione duple. tot unitatibus deficit a dupla maior terminus ad minimū quoto ordine a duabus primis ſuperparticularibus duplā ipſā non implentibus diſceſſerint. ut hi monſtrant numeri. iii. iiii. v. vi. vii. viii. ix. x. Huic enim regule nō intercipitur ſexq̄ltera. q̄m cū ſexq̄tertie q̄ ſibi cōtinua ē copulat̄. duplā ut latius declarat ī ē pficit ꝓportōē. ſed hic ordo a ſexq̄tercia exordiū capit. Iuncte itaq; ſimul ſexq̄quarta & ſexq̄tertia nō pficiūt duplā. qppe maiori termino. ſ. q̄nario deficit unitas ad hoc ut ad minorē qui ternarius eſt duplam ſeruet proportionem. Iunctis uero ſimul ſexq̄quarta & ſexq̄quīta. q̄ ī nūero naturali ordīe ſubſecūt̄ binarius deficit maiori termīo. ſ. ſenario ad hoc ut ſit duplus q̄ternarii q̄ minor eſt.

quod significet duas continua

Cum autem ſexquiquita & ſexꝗſexta fuerĩt ſimul iuncte tunc maior terminus uidelicet ſeptenarius deficit de ternario a duplo minoris ſcilicet quinarii. ꝙ ſi ſexquiſextam ac ſexquiſeptimam ſumpſerimus maior numerus minor erit de quaternario a duplo minoris ſicut patꝫ ĩ his numeris .vi.vii.viii. octonarius nãqꝫ qui maior eſt non duplam ſeruat ad ſenarium minorem proportionem. nam bis ſumptus ſenarius duodeciꝫ efficit qui ipſum octonarium de quatuor unitatibus ſuperuadunt. igitur maior numerus deficit a dupla proportione minoris quatuor unitatibus. Eodem quoqꝫ ordine multiplicatis proportionibus iuxta naturalem numeroꝝ diſpoſitionem multiplicatur numerus. quo maior terminus deficit a duplo minoris. ut patet diligenter intuẽti. Id quidẽ euenit qm̃ ut expoſitum eſt ſeptimo tertii. maiores ſupparticulares ꝓportõnes ex minoribus fiunt nũeris. ex maioribus ṽo nũeris mĩores. naꝫ cũ ſexꝗltera & ſexꝗtertia ex mĩoribus ducãt nũeris. cũctis ſupparticularibus ſũt maiores idcirco duplam implent proportionem. ſexquitertia uero & ſexꝗquarta q̃ maiores capeſcũt numeros. qm̃ ex unitate incremẽtũ hñt

eadem unitate deficiunt ã tota dupla. ſexqui quarta autem & ſexquiquinta q̄m a ſexqui tertia diſcedunt ĩ extremitate per binarium eodeꝫ binario deficiunt a dupla. atqꝫ idcirco maiores ſunt ꝓportiones ſexquitertia & ſex quiquarta. q̄ ſexquiquarta & ſexquiquinta quia in maioribus numeris minor. & in mi noribus maior ſemper ſuperparticularis pro portio reperitur. Nunc quoqꝫ ad diapentes diateſſaronqꝫ cōſonātias redeūdum eſt. q̄m enim diapente in ſexqualtera & diateſſarō in ſexquitertia conſiſtunt proportione. cūqꝫ ſex qualtera ꝓportio ſit maior. ſexquitertia ue ro minor. & in cōſonantiis diapente ſimilit̃ ſit maior. diateſſaron uero minor. concludi tur maiorem conſonantiam maiori & mino rem minori proportioni coaptandam eſſe. Erit itaqꝫ diapente in ſexqualtera. & diateſſa ron in ſexquitertia proportione collocanda Cum enim diateſſaron a diapente ſubtrahi mus relinquitur ſpacium quod dicitur to nus. Ita quoqꝫ ſexquitertiam a ſexqualtera auferamus relinquitur ſexquioctaua ꝓpor tio. quo fit ut tonus debeat ĩ ſexquioctaua proportione conſtitui.

**In quo geuere diapaſondiapẽte & biſdiapa
ſon conſiſtant. Ca. viii** intellectu facillimum.

Q Voniam monſtratum eſt diapaſon
cõſonantiam in dupla. diapenten ĩ
ſexqualtera. diateſſaron in ſexꝗter
tia. ac tonum ĩ ſexquioctaua proportõne cõ
ſiſtere. Nunc quidem aduertendum eſt q̄m
queãdmodũ dupla & ſexqualtera proportõ
ſimul innctẽ triplã efficiũt ut habetur ultĩo
tertii, ita quoq; diapaſon ac diapente ſimul
iunctẽ aliam efficiunt conſonantiam que ex
utriſq; uocabulis nomen retinet. igitur dia
paſondiapẽtes cõſonãtia ĩ tripla proportõne
neceſſario collocatur. Si autem triple ꝓpor
tioni ſexquitertiam ſuperaddiderimus mox
fit quadrupla proportio. Vnde ſi diapaſon
diapentes conſonãtie diateſſaron ſimphonia
fuerit ſuperaddita biſdiapaſon efficitur cõſo
nantia que hac ratione ĩ altera nullo modo
proportione q̃ in quadrupla poterit colloca
ri. Sunt igitur diapaſon diapaſondiapente
& biſdiapaſon in multiplici ĩequalitatis ge
nere. Diapente uero & diateſſaron ac tonus
in ſuperparticulari. Quoniam igitur preſẽ
tis conſiderationis conſonantiarum ſpecula

tio extitit cumq; ipſa conſonãtia ſit duaruȝ rata ꝑmixtio uocuȝ ſcd̃m Boetiũ. Sonus uero modulate uocis caſus una intenſione productus. qui quidẽ minima ẽ modulationis particula. omnis aũt ſonus conſtet in pulſu Pulſus tandem omnis fiat ex motu ut pretactum ẽ primo ſcđi. Cũq; motuũ alii ſint eq̃les. alii inequales. Inequaliũ uero motuum alii ſint multo inequales. alii uero minus. alii autem mediocriter inequales. ex motuuȝ nanq; equalitate naſcitur ſonoruȝ equalitas Ex ĩequalitate uero mediocriter habita que & magis manifeſta eſt. proxime ac ſimplitiores eueniũt proportiones. ſ. multiplices & ſuperparticulares. q̃ ſunt dupla tripla quadrupla ſexqualtera & ſexquitertia atq; ſexqoctaua. Ex inequalibus uero ꝓportõnibus multimodis uel non ita claris uel longe omnino a ſe diſtantibus diſſonãtie exeunt. nam nulla ſonorum concordia procreatur. hinc idcirco ultra biſdiapaſon que maxima eſt diſtãs in extremitate ſonoruȝ quadruplo interuallo pythagorici conſonantias excluſerunt. & licet ſuperius quarto capitulo dictum ſit. eãdem normam biſdiapaſondiapẽte. & biſdia.

paſon diateſſaron ſeruare. quam diapaſon
diapente. & diapaſondiateſſarõ uidentur ha
bere. Hoc quidem uerificatur in diſpoſitio
ne tonorum ac ſemitoniorum. ſed quoniaꝫ
cum a quadruplo uocum interuallo diſcedi
mus. quod ut predictum eſt maximum ui
detur in armoniis quandam ipſe exceſſus aſ
ſert diſſonantiam. & quanto ultra biſdiapa
ſon ſe ſe extenderint ſoni. tanto amplius ui
detur talis diſtantia ſonorum diſſonantiam
auribus permiſcere. Boetius idcirco ceteriqꝫ
muſici in exquirendis conſonantiis quadru
plum ſonorum ſpacium ſatis diſtans termi
nanter confixerunt. vltra quod muſice con
ſonantie minime debeant ampliari. Tonus
namqꝫ fit ex duobus ſonis & uno interual
lo. Diateſſaron uero ex quatuor ſonis. tri
buſque interuallis. Diapente autem quīqꝫ
ſonos. quatuorqꝫ interualla continet. Dia
paſon itaqꝫ cum ex diateſſaron & diapente
formetur octo ſonos habet. & ſeptem inter
ualla. Diapaſondiapente duodecim ſonos
habens undecim comprehendit interualla.
Biſdiapaſon etiam quindecimdenique reti

nēs ſonos. quatuordecim poſſidet interualla Ita unaqueq; cōſonantia unū ſemper minus habet interuallu; q̈ fuerint eius uoces. Eſtq; notandum q diapente ac diateſſaron diſiun ǀcte excedūt diapaſon. nam diapente quīq; ſo nis diateſſaron uero quatuor perficitur. qui in ſūmam ducti nouem fiūt . diapaſon uero octo ſonis impletu. rquocirca cu; de compo ſitis cōſonātiis loquimur. intelligendum eſt ſimplices ipſas eſſe cōiunctas. ita ut ultimus ſonus prime conſonantie ſit primus ſecunde ſubſequentis in ipſa compoſitione. Harum quidem conſonātiarū quintus liber ſequens facultatem monſtrat.

Explcit liber quartus Incipit liber quintus De ordinatione & inuentione ſonorum. Capitulum .i.

m Vſices diſciplina teſte Nicomaco primitus ſimplex extitit quatuor tātū ſonos comprehendēs quorū primus ad ultimū diapaſō cōſonātiā rſpōdebat. idē primus ad ſcdm

diateſſaron cōſonantiā.item primus ad terti
um diapēten.tertius uero ad quartū diateſſa
ron.rurſus ſecūdus ad tertiū tonum tenebat
Huius enim quadricordi mercuriuꝫ aſſerūt
greci inuentorem fuiſſe.quod minime credē
dum eſt.quoniam non dubium eſt quin Iu
bal ante diluuium hoc prius exquiſierit te
tracordum. His eniꝫ quatuor tantum ſonis
conſtabat hec diſciplina ad ſimilitudinē mu
ſices mundane.que ut tactum eſt ſecūdo pri
mi.ex quatuor elementis conſtare probatur
Directa paulatim poſtmodum eſt a nonnul
lis doctrina canendi & aucta multis modis
Corebus nāqꝫ athiris filius qui fuit lidoruꝫ
rex quintam ſuperaddidit cordaꝫ. Hyagnis
uero phrix ſextum appoſuit. Septimam ue
ro Trepander leſbius adiunxit.ſepteꝫ plane
tarum ordine ductus. qui ut ex preallegato
capitulo apparet.mundanaꝫ perficiunt mu
ſicen. Item quoniam ſeptem ſunt tātummo
do ſoni totam muſicen nutrientes.quorum
alter ab altero diſſimilitudine diſgregatur
eorū nāqꝫ alter alterius ſimilitudinem negat
Sūt eniꝫ ſibiipſis penitus diſſimiles.hinc id
circo virgilius ī ſexto.ſeptē diſcrimina uocū
ideſt ſeptē differentes uoces.ad inſtar ſeptem

plaētaꝝ mũdanā muſicē pficiētiũ ſeptēq; die rũ ebdomade q̃ ꝗ uolubilitate pluries ducti totum anni corpus implēt. ita quoq; hi ſep tem ſoni pluries explicati muſicen armonicā atq; inſtrumentalem grauitatibus acumini buſq; perficiunt. Harum quidem uocũ gra uiſſima eſt Hypate nuncupata quaſi maior & honorabilior. Vnde & iouem hypatō uo cant. ideſt ſupremum. Item conſulem eodē nomine propter dignitatis excellentiam. cu ius quidē hypates proprietas ſaturno attri buta ē tarditate motus & grauitate ſoni. Se cunda uero dicta eſt parhypate. quaſi iuxta hypaten fixa. Tertia lycanos. quia digitus quem nos indicē uocamus. a grecis lycanos dicit᷑. apud quos lycanos a lĩgendo ſũpta ē cũq; in cātādo ad hanc cordā q̃ tertia erat ab hypate index pertingeret digitus q̃ ab ipſis lycanos ē appellatus. lycanos idcirco r̃tinuit nomē. Quarta dicta ē meſe. quaſi media. q̃a inter primā & ſeptimā quarta ſemp ē media Quinta parameſe quaſi iuxta mediā colloca ta. Septima dicit᷑ nete quaſi neate. i. inferior inter quā neten & parameſen ē ſexta q̃ uoca tur paranete. quaſi iuxta neten cōſtituta. Pa rameſe uero q̃n tertia ē a nete. eodē uocabu

lo . Trite.i.tertia nuncupat᷑ quaruʒ deſcrip
tio fit hoc modo

| | |
|---|---|
| Hypate | i. |
| Parhypate | ii. |
| Lycanos | iii. |
| Meſſe | iiii. |
| Parameſſe uel trite | v. |
| Paranete | vi. |
| Nete | vii. |

Duo tetracorda coniuncta

Iſte quideʒ ſeptē corde uident᷑ eſſentialiores
& magis neceſſarie.qm̄ ut p̄dictū ē ſole ſunt
inter ſe differentes.quibus om̄s modulatio
diuergit᷑.& ē ſententia dn̄i recōciliatoris ſup
tertio problemate muſices Ariſto.cū eniʒ ſu
per has ſeptem aſcendimus .ſonū prime gra
uioris ſimilem mox habemus.ꝙ ſi ad ulteri
ra proceſſerimus. ſecūde corde ſimilis ſonus
occurrit.atq̃ ad hūc modū r̄plicatio ꝓcedit
ſeptē diuerſorū ſonorū.octauus nāq̃ ſimilis
ē primo.nonus ſcđo.decimus tertio. undeci
mus q̄rto.duodecimus quīto.xiii.ſexto. q̄r
tuſdecimus ſeptimo.qntuſdecimus octauū
replicat.q primi quoq̃ ſimilitudinē trahit.
quocirca cum ſeptem tantum ſint ſoni diſſi

miles.octauus primus eſt qui primi ſimilitudinem capeſcat.quiſqꝫ eniꝫ ſonus ſui octaui ſimilitudinem affert. quo fit ut diapaſon cõſonãtia q̃ talẽ extremorũ ſonorũ efficit cõiũctõnẽ ut unus atqꝫ idẽ ſonus eſſe uideatur ſcdm pythagoricos & Ptolemeũ. ex octo ſonis perficiatur. Septeꝫ enĩ preſcriptis cordis Samius lycaon octauã adiunxit cordã ut totã diapaſon cõſonatiã pficeret q̃ ĩ octocordo cõſiſtit.atqꝫ inter Parameſen q̃ trite dicta eſt & paraneten coaptauit. ut ipſa eſſet tertia a nete & paramcſe quidẽ uocata eſt ſola q̃ poſt mediã collocabatur. trites uero nomen perdidit.cum inter eam & paraneten tertia a nete collocata ẽ corda q̃ nõ immerito trites nomen aſſũpſit.cuius octocordi eſt hec deſcriptio.

| | |
|---|---|
| Hypate. | i. |
| Parhypate | ii. |
| Lycanos | iii. |
| Meſe | iiii. |
| Parameſe | v. |
| Trite | vi. |
| Paranete | vii. |
| Nete | viii. |

Duo tetracorda diſiũcta
Octocordũ.diapaſon conſonantia

fasc. X



Sunt enim in eptacordo duo tetracorda cõ
iũcta. Sinaphe quippe que apud latinos cõ
iunctio dicitur. in eptacordo occurrit. quoti
ens duo thetracorda unius medietas termini
cõtinuat atq; cõiũgit. & quidem in ſuperius
diſpoſito eptacordo. meſe que media ē. duo
bus ipſis tetracordis cõis eſt. primi nanq; ul
tima. ſecundi uero prima ē corda tetracordi
Eptacordum itaq; hac de cauſa dicitur ſcimi
neinon quaſi cõiũctũ. Octocordũ uero dici
tur mezemeinõ qd eſt diſiũctũ. Nã in octo
cordo ſunt duo tetracorda diſiuncta. prime
nanq; quatuor corde primum implent tetra
cordũ. alie quoq; quatuor ſecũdũ perficiunt
Eſt igitur ĩ octocordo diezeuſis q̃ diſiunctio
dici poteſt. quotiẽs duo tetracorda toni uel
ſemitonii medietate ſeu interiectõe ſeparant
Cum igitur in octocordo meſe q̃ a media lo
catione nomẽ habuit. non ſit recte media ſed
due medie reperiantur Theophraſtus perio
thes ad grauiorem partem unaz adiũxit cor
dam. que qm̃ ſuper hypaten eſt poſita. hypa
ripate nũcupata fuit. Eſtiachus melophoni
us decimã ĩ grauiorẽ partez coaptauit cordã
Timotheus uero mileſius undecimã q̃ cũ ſu
per hypatẽ atq; ſuper parhypaten addite fue

rint.hypatehypaton appellate ſūt q̃ſi maxīe magnarū. & grauiſſime grauiū. Ip̄arū itaq̧ vndecim cordarū prima hypatehypaton uocata ē. ſcđa v̂o parhypatehypatō. q̃ſi iuxta hypatehypaton collocata. Tertia aūt q̄ du duȝ ī endecacordo hyparhypate uocabatur lycanoſhypaton ē nūcupata. Quarta antiquum hypates retinuit nomē. Quinta par hypate. Sexta lycanos. Septima meſe. Octaua parameſe. Nona trite. Decima paranete Vndecima nete. Eſt enī in hoc vndecacordo unum tetracordum. Hypatehypatō. Parhypatehypatō. Lycanoſhypaton. Hypate. Aliud vero hypate. Parhypate. Lycanos. Meſe Et hec quidem duo coniuncta ſunt. Hypate nanq̧ grauioris ac primi tetracordi acutior corda eſt. ſecundi uero & acutioris grauior Tertiū autē ē Parameſe. Trite. Paranete. Nete. Sed qm̄ inter primū hoc tetracordum & inter tertium collocatur medium. ſ. ſecūduȝ qđ eſt hypate Parhypate Lycanos Meſe. hoc totū tetracordū meſon uocatū ē q̃ſi mediatū nūcupatᷣ cū ſupadditione meſon. Hypatemeſon. Parhypatemeſon. Lycanoſmeſon Meſe Cū uero inter hoc ſcđm tetracordū & terciuȝ diſtinctio eſt meſes & parameſes p̄ tonū. terti

um ip̄m tetracordũ diſiũctarũ uocatũ eſt.i.
diezeugmenõ cũ hoc additamẽto.ſ. Parame
ſediezeugmenon. Tritediezeugmenon. Para
netediezeugmenon. Netediezeugmenon.cu
ius quidem endecacordi deſcriptio. triũq; te
tracordorũ fit hoc modo.

Hypatehypaton
Parhypatehypaton
Lycanoſhypaton
Hypatemeſon
Parhypatemeſon
Lycanoſmeſon
Meſe Duo tetracorda coniuncta
Parameſediezeugmenon
Tritediezeugmenon
Paranetediezeugmenon
Netediezeugmenõ tetracordũ diſiũctũ
Endecacordum

Eſt igitur diſiũctio inter meſen & parameſẽ
atq; ideo diezeugmenon appellatum eſt terti
um hoc tetracordum. Si autem auferatur
Parameſe & tetracordum diezeugmenon.re
maneatq; tetracordum.Meſe.Trite.Parane
te. Nete. tunc enim erunt triatetracorda

cõiuncta.i.ſinemena hoc modo. Meſe. Trite ſinemenõ. Paranetesſinemenon. Neteſineme non. eſt enim adiunctũ hoc ſinemenõ tetra cordũ.& cũ corda meſes ligatũ.pro tempera tione trittoni cuius aſperitatẽ diſſonam ab horret natura.eſſet nanq; ſuperfluum hoc te tracordum.ſi trittonus occurrens inter pari pathemeſon z parameſen poſſet aliter tempe rari.quocirca tria tãtum prima in endecacor do thetracorda.ſ.hypatõ. Meſon.& diezeug menon retinuere philoſophi ĩ ordine mono cordi. Verum quoniã Meſe que a medio lo co nomẽ trahit ĩ endecacordi diſpoſitione ñ erat media. ſuperadiũctum ẽ unum aliud te tracordum ſupra netediezeugmenon.qđ cuȝ ceteras cordas acumine ſuperuaderet hypar boleon uocatum eſt quaſi ſuperius adiũctũ Et quidẽ cõiũctum eſt cũ corda neteſdiezeug menõ.hoc modo. Netediezeugmenon. Tri tehypboleon. Paranetehypboleõ. Netehyp boleon. Sũt igitur quatuor tetracorda con iuncta ĩ quatuordecim cordis. quibus quo niam nõdum meſe erat media.ſuperadiũcta fuit ad grauiorem parteȝ unica corda proſlã banomenos nuncupata.quaſi acquiſita ſeu appoſita. eo q̄ q̄uis ultima fuerit adinuẽta

ceteris tamen neceſſario ſit prepoſita. Ex his itaq; quindecim cordis conſtat totum grecorum monocordum. Nãq; biſdiapaſon ex ipſis quindecim cordis perficitur conſonantia ultra quam cordaruȝ ordo minime debet extendi ut tactum eſt ultimo quarti. quarum quidem hec eſt deſcriptio

Proſlambanomenos
Hypatehypaton
Parhypatehypaton
Lycanoſ hypaton
Hypatemeſon
Parhypatemeſoñ
Lycanoſmeſon
Meſe
Krameſe
Tritedieȝeugmenon
Paranetedieȝeugmenon
Netedieȝeugmenon
Tritehyparboleon
Paranetehyparboleon
Netehyparboleon

Quinq; itaq; ſunt tetracorda. ſ. hypaton meſon. ſinemenon. Dieȝeugmenon & Hyper

boleon quorum medium ſcilicet ſinemenon non intercipitur in ordine quindeciȝ corda rum philoſophici monocordi. quoniam ut predictum eſt ſuperfluitatem affert. q̄d cum ſolum ad temperandum trittonum ſit queſi tum. non tamen ad extinguendum. quoniā ſine trittono nō poſſunt om̄es diapentes ſpe ties atq; diapaſon inuicem differentes conci pi. ad placitum adiungitur cuȝ meſes corda atq; ad placitum aufertur. Horum quidem quinque tetracordorum cordas Albinus la tina oratione interpretatus eſt. Hypatas. n. principales uocauit. Meſas medias. Sineme nas coniunctas. Diezeugmenas diſiunctas Hyperboleas excellentes. Inſuper conſide randum eſt hic ꝙ vnumquodq; tetracorduȝ reſonat diateſſaron conſonantiam. Dictum quippe eſt tetracordum a tetra quod eſt qua tuor & corda. Vnde tetracordum coniūctio quatuor cordarum dicitur. Item diateſſarō dicta eſt a dia quod eſt de & teſſara quatuor quaſi conſonantia de quatuor ſonis facta. Vnde etiam notandum hic ꝙ dia ſcriptum per i vocalem latinam. idem eſt quod de pre poſitio. Sed ſcriptum per y grecam ſignifi cat duo.

De generibus tetracordorum. Ca.ii.

t Ria apud philoſophos fuerunt ge
nera melorum que tetracordorum
eſſentiā diſtinguebant. melos a mel
lis ſuauitate nouimus deriuari. īde melodia
quaſi dulcis cantus. Primum nanq; genus
dyattonicum appellatum eſt. in quo unum
quodq; tetracordum per ſemitonium minus
procedit & tonū ac tonū ut hic

Tetracordum in genere dyatonico
Hypatehypatō
ſemitoniū
Paripatehypaton
tonus
Lycanoſ hypaton
tonus
Hypatemeſon
Diateſſaron conſonantia

In hoc ſiquidē dyattonico genere tetracordū
ſemper tribus interuallis cōſtat. primū nāq;
interuallū qd inter primā & ſcdam ē cordaq;
ſemitoniū minus. ſecūdū uero qd inter ſecū
dam & tertiam accidit. tonus ē. tertiū quoq;

quod inter tertiam & quartam cordam ē ſpa
tium integrum toni. Dictū ū enim puto dya
tonicum quaſi dyttonum naturaliter habēs
in duobus interuallis .hoc enim genus quo
niam aliquanto durius & naturalius eſt cete
ris. a philoſophis retentum eſt atq; ipſu3 ſo
lum muſices diſciplina pertractat .nam cum
in omnibus cantibus naturaliter is modus
ſit. ꝙ in ſingulis quatuor uocibus ſemp de
beat proferri diateſſaron conſonātia que ex
duobus diſtinctis tonis cōſtat vnoq; ſemito
nio id comode congruit in hoc dyattonico
genere. minime autem ī cromatico neq; enar
monico. Itaq; ī dyattonico genere vnūqdq;
tetracordum incipit a ſemitonio procedens
per duos tonos. quonia3 ſemitonium ē mol
lius tono. Vnūquodq; enim in naturalibus
debet inchoare a ſuauioribus. poſtmodūq;
per duriora & aſpera procedere . ꝙ ſi a tono
inchoaret tetracordum. fruſtra tetracordum
ſinemenon foret coniunctu3 atq; adinuentū
atq; cum corda meſes ligatum trittoni euitā
di cauſa. quod diligens lector per ſe exquire
re poteſt. Igitur cum naturaliter modulādo
in quatuor uocibus proferamus diateſſaron
Cūq; diateſſaron tribus modis conſideretur

in genere dyattonico . Triplex idcirco dicitur modus cantandi . Primus enim cantādi modus fit cum ĩ quatuor ſonis modulamur primam ſpetiem diateſſaron videlicet per ſemitonium & duos ſonos intenſiue . Et dicitur hec prima ſpeties diateſſaron. Secundus uero cantandi modus eſt cum in quatuor ſonis ꝓferrimus intenſiue duos tonos & unũ ſemitonium minus ex quibus fit ſecũda ſpeties diateſſaron . Tertius autẽ cantandi modus occurrit in cantu cum intenſiue proferrimus vnum tonum. vnumqꝫ ſemitonium ac vnum alterum tonum. & hec dicitur in his tetracordis tertia ſpeties diateſſaron. Verum cum ad ſuperiores proceditur cordas in ſingulis quatuor ſonis nihil aliud proferri diſcernimus q̃ ipſas tres predictas diateſſaron ſpeties que predicto ordine replicātur . differunt enim ab inuicem ſola ſemitonii locatione . prima nanqꝫ diateſſaron ſpeties primuꝫ habet ſemitoniuꝫ. duos deinde tonos. Secũda uero duos primuꝫ habet tonos poſtea ſemitonium . Tertia quidem primum tonuꝫ tenet deinde ſemitoninm. poſtmodum uero tonum . Huius nanqꝫ ordo proceſſus ſeruatus eſt in ordinatione tetracordorum . At cũ

poſtea ſuperaddita fuit in grauiori parte ꝓſ
lambanomenos tono diſtãs ab hypatehypa
ton. ne eius fruſtra fuiſſet locatio ad meſen
que media eſt inter quindecim diapaſon con
ſonãtiam perficit. & ad lycanoſ hypaton eaꝫ
diateſſaron ſpetiem que ſit ex tono ſemitoĩo
& tono. que cum ſuperius monſtrata ſit ter
tia ſpecies. nunc uero primordia in ꝓſlamba
nomenos capiens. prima dicitur ipſius dia
teſſaron ſpecies. Secunda uero eſt illa q̃ for
matur ex ſemitonio & duobus tonis. Tertia
ex duobus tonis & ſemitonico. hũc quidem
ordinẽ philoſophi ſeruauerunt in monocor
do poſt ſuperãnexionẽ proſlambanomenos
Latini quoqꝫ muſici ĩ introductorio muſices
& tonorum cantus plani compoſitione uene
rantur. Tres igitur tantũ ſpecies habet dia
teſſaron conſonantia. quoniam ex ſolis qua
tuor ſonis conſtat. Omnis nãqꝫ conſonãtia
vnam ſemper minus habet ſpeciem q̃ fuerit
eius uoces. cum auteꝫ ultra tertiam fuerit ꝓ
ceſſus. mox ſe ſe offert prima ſpecies. que cũ
prime ſit ſimilis. prima eſt habita. nam qđ ẽ
ſimile non dicitur eſſe diuerſuꝫ. ceterecqꝫ repli
cantur eodem ordine. fit enim ipſarum triuꝫ
ſpetieruꝫ proceſſus quoaduſqꝫ poſſint uoces.

reperiri. adeo ut ad infinita ſi uoces eſſent in finite. Has q̄dē tres d ateſſarō ſpeties in prio ri ordine tetracordorum monſtrabāt duo te tracorda in eptacordo coniuncta. & primam replicatam inter quartam & ſeptimaȝ cordā Sed poſt additionem proſlambanomenos ī ipſa ordine inchoato. ſex prime corde predi ctas tres diateſſaron ſpeties producunt. qua rum prima ex tono ſemitonio & tono cōſta re probatur. ſecūda ex ſemitonio & duobus tonis. Tertia ex duobus tonis & ſemitonio ut hec probat parigraphia.

Tres diateſſaron ſpeties ī genere dyattonico

Proſlambanomenos
tonus
Hypatehypaton
ſemitoniū
Parhypatehypaton
tonus
Lycanoſ hypatō. pria ſpēs diateſſarō
tonus
Hypatemeſon. ſcda ſpēs diateſſarō
ſemitoniū
Parhypatemeſon. tertia ſpēs diateſſa.

Quoniam igitur in ſex cordis tres conſtant diateſſaron ſpeties differentes ut monſtratū eſt. quarum ſucceſſionem & replicationē diſ poſitio naturalis cordarum ordine indicat. Latini muſici muſices introductoriū quod manus dicitur conſtituentes. ſex tm̄ differen tes ſillabas vʒ. vt. re. mi. fa. ſol. la. cordarum locis confixas. quibus tres ipſas diateſſaron ſpecies educerēt ſtatuerunt. ipās tamen repli candas quotiens neceſſitas compelleret. qua rū replicatione reſumuntur tres ipſe diateſſa ron ſpeties ut pluries dictum eſt. ſed de his poſterior erit tractatus. Dyattonicū igitur genus quoniam peroptime tetracorda cōiū git per diateſſaron. adeo ut per ſemitonium & tonum ac tonum procedant in tribus di ſtinctis conuenienterqꝫ proportionatis inter uallis a muſicis retentum eſt & obſeruatum. Omnis nanqꝫ armonia in ipſo genere firma mentum tenet. Erit quippe omnis in pro ceſſu rractatus ī eo tāquā in firmamento fū datus. Aliud uero genus quo tetracorda a pud philoſophos diuergebantur cromaticū dicebatur. Croma enim grece latine dicitur color. Inde enim cromaticum nomen uenit quaſi tetracordum alia intenſione ꝑducens

Sicut enim permutate ſuperficies in aliũ trã ſeunt colorem.ita hoc canendi genus tãq̃ co lor pmutatus ab aliis differebat. In hoc qui dem genere thetracordum procedebat per ſe mitonium minus.& ſemitonium maius.& tria ſemitonia quorum vnum maius.ſ. apo thome.& duo minora que ſimul ſemidytto num.i.tonum & ſemitoniũ minus conficiũt Itaq; vnũquodq; tetracordum in hoc gene re diateſſaron conſonãtiam reſpondebat.ſed nõ ea intenſione qua in dyattonico generẽ.& ut de ceteris tetracordis ſumamus exemplu3 id in primo tetracordo concernendum eſt in ter hypatehypaton & parhypatehypaton ſe mitonium minus conſtituebant. inter uero parhypatehypaton & lycanoſ hypaton ſemi tonium maius.ſ. apothomen proferebant. Sed inter lycanoſ hypaton & hypatemeſon duo ſemitonia minora & vnum maius ſcili cet apothomen.i.ſemidyttonum.qui a ſemi dictus eſt quod imperfectum ſonat.& dytto nus quaſi duo toni imperfecti. eſt enĩ vnus tonus & vnum ſemitonium minus. nam ſe mitonium maius & ſemitonium minus to num faciunt reſtatq; ſemitonium.cuius qdẽ generis cognitio hoc patet tetracordo.

Tetracordum in genere cromatico
Hypatehypaton
ſemitoniũ minus
Parhypatehypaton
ſemitonium maius
Lycanoſ hypaton
ſemidyttonus
Diateſſaron conſonantia cromatica

Cum uero ſemitoniũ maius conſonãtiis mi nime ſit interceptum ob ſui diſſonantiaȝ. ac ſemidyttonus in duabus ſequẽtibus cordis nulla media interiecta in conſonãtiarum tractatu incõueniẽtiam ducat. quia ſemidyttonus nullo modo effici poteſt ĩ uno minimo duarum cordarum interuallo. ſed minus q̃ ex duobus trium cordarũ interuallis haberi nõ poteſt. ut per ſe aduertens quiſq; ĩ cõſonãtiis colligere poteſt. hoc ipſuȝ genus nimia ſui mollitie infame eſſe poſteri probauerunt penitus ipſum relinquentes. Aliud autem genus dictum eſt enarmonicuȝ quaſi magis coaptans tetracordum q̃ cromaticuȝ. In hoc enim genere philoſophi ſecabant illud minus ſemitonium in duas deſes. Eſt enim dieſis ſemitonii minoris dimidium. ut latius

monſtratum eſt tertio quarti. Igitur in hoc genere enarmonico vnumquodq; tetracordũ procedebat per dieſim & dieſim & dyttonu3 utq; de cunctis detur exemplum. primũ hic ſumamus tetracordum. & quidem inter hypatehypaton & parhypatehypaton proferebant dieſim. item inter parhypatehypaton & lycanoſ hypaton alteram dieſim. inter vero lycanoſ hypaton & hypatemeſõ dyttonũ proferebant. quod hec declarat figura

Tetracordum in genere enarmonico
Hypatehypaton
Dieſis
Parhypatehypaton
Dieſis
Lycanoſhypaton
Dyttonus
Hypatemeſon
Diateſſaron cõſonãtia enarmonica

Proſlãbanomenõs ꝓpriã ſemp ĩ omĩ gñe ſeruabat naturã. nanq; ab hypatehypatõ tono ſẽp diſtabat. necunq̃ ĩpis tetracordũ cordis

ordine ſubiūcta ē. ut uariatam diuerſorū ge
nerum intenſionem participaret. ſed poſt du
orū abiectionem generum. in genere dyatto
nico quod ſolum a philoſophis approbatū
atq; retentum ē proſlambanomenos ipſa ce
teris cordis ī cōſonātiarum formatiōe cōnu
merata eſt. Verū cū ī cōſonātiis nihil minus
a ſemitonio minore poſſit ꝓferri. ut ī ſequē
tibus explanabitur. dieſis idcirco ob paruu
lam ſui portionē difficilime exprimit. Cūq;
dyttonus ī unico minimo duaruȝ contigua
rum cordarū interuallo naturaliter non poſ
ſit contineri. quippe quia ex duobus triuȝ
ſibi cōſequētium cordarū interuallis perfici
tur. receſſit hoc enarmonicū genus ob nimiā
ſui difficultatem ab uſu. In ſingulis igitur
generibus unumquodq; tetracorduȝ diateſ
ſaron cōſonantiā ſeruabat. diuerſis tamen in
tenſionibus ut declaratum eſt. Sed cromati
cum atq; enarmonicum genus ob quaȝ ī ſui
pronūtiatione difficultatem tenebant a mu
ſicis ſunt abiecta. Dyattonicum uero a pla
tonicis & pythagoricis ceteriſq; muſicis ob
ſui dulciſſimam coaptatamq; cōuenientiam
naturaliter diſpoſitam ſumma ueneratiōe re
tentum atq; ſeruatum eſt.

## De interuallis quindecim cordarũ. Ca.iii.

q Vindecim cordarũ ſuperius diſpoſitarũ interualla nũc diſcernẽda ſũt Proſlambanomenos enim prima ẽ cũ ctis grauior. Scda aũt hypatehypaton q̃ interpretata eſt grauiſſima grauiſſimarũ qd nomẽ iure ſibi cõpetebat ante ſupadditionẽ proſlambanomenos cũ tũc eſſet prima grauior. nũc vero cum ſit altior tono q̃ prima primũ ſibi attributuʒ nomẽ retinuit. Tertia ẽ parhypatehypaton intẽſa ab hypatehypatõ ſolo minore ſemitonio. Quarta lycanoſ hypaton eſt. diſtans a parhypatehypaton tono que & ad proſlambanomenos diateſſarõ cõſonantiam dyattonici generis format. Quinta corda eſt hypatemeſon grauiſſima mediarũ interpretata q̃ a precedẽti ſibi uiciniori i acumine diſtat tono. & ad primaʒ diapentes cõſonantiã format. Sexta eſt parhypatemeſon diſtans ab hypatemeſon ſolo minore ſemitonio. Septima lycanoſmeſon diſtans in tenſione tono a ſexta. Octaua corda ẽ meſe que dicitur media diſtans a ſeptima ſibi vici niore tono. & ad quintã diateſſarõ tenet. ad quartam uero diapenten. & ad primã ſcilicȝ

proſlābanomenos diapaſō conſonātiā īplet q̄ etiam in loco medio ſedens regit ceteras ſe quentes cordas & ei tāq̄ principio ac relatio nis fūdamēto referūť. Nona corda eſt para meſe diſtās a meſe tono. q licet cū duob3 p̄ cedentibus tonis trittonū duritie aſperū ex pleat. tñ a philoſophis retentus atq3 hoc fix us ē loco. ut nona hec corda ad ſecūdā. ſ. hy patehypaton q̄ ſibi octauo correſpondere ꝓ batur loco. unā de ſepte3 perfectis diapaſon ſpēbus pficeret. q̄ qdē diapaſō ex quīq3 tonis duobuſq3 ſemitoniis expleť. ut diffuſius cla ruit q̄rto q̄rti. eſtq3 ipā pfecta inter ſcdam & nonā cordā cū diſcors ipē trittonus occurrit qm̄ cū ī ipis octo cordis qnq3 toni duoq3 mi nora ſeītonia collocāť qbus diapaſō ſipho nia pficiť. ꝙ ſi hec pameſes corda ſolo mīore ſeītonio a meſe diſtaret. diateſſarō ꝯſonātia ī ipis q̄tuor cordis q̄ trittonū tenēt cōciperet q̄ ñaliter debet ſemp ī q̄tuor cordis ꝓferri ſe cūdū genus dyattonicū quo oīs cātus regiť & procedit. ſed rerū natura philoſophorum adeo ſolertiā exercuit ut & cōgruū modum quo poſſet peſſima illius trittoni duritia in modulatiōe euitari ipāq3 diapaſō pfecta ſpēs concipi lōga exqſitū īueſtigatiōe adhiberēt

ob quã cauſã tetracordũ illud ſinemenó cuȝ
meſes corda ãnecti cóſtituerũt. qd̃ cuȝ a ſemi
tonio ueluti & reliq̃ tetracorda eſſet inchoa
tũ. hũc tertiũ ſeq uẽtẽ tonũ inter meſen & ꝑi
meſen cóſtitutũ intrĩcabat. quocirca q̃tuor il
le corde e q̄bus trittonus primitus exprime
bar̃. diateſſaró cóſonãtiã poſtmoduȝ ꝓduce
bant. Verũ qm̃ ipſius trittoni remotio z ex
tictio . ſcd̃am quã iã diximus ꝑfectã diapaſó
cóſonantie ſpetiẽ deſtruebat cuȝ in predictis
octo cordis q̃tuor tm̃ toni tunc intercipiebã
tur & tria ſemitonia mĩora que diapaſon ſi
mul iũcta nó implent . ſtatuerũt philoſophi
trittonũ ipm̃ ꝑmanere. iugẽ potius volentes
cũ eodẽ peſſimo trittono hr̃e colluctationeȝ
q̄ unã de ſeptẽ diapaſó ſpẽbus auferre d̃ nũe
ro. hĩc tetracordũ illd̃ ſinemenó tp̃e cógruo
auferebar̃. z cũ oportebat cũ dicta meſes cor
da cóiũctũ ducebar̃ ut p̃dictũ ẽ cap. primo
Decima corda ẽ tritedieȝeugmenó diſtans a
parameſe ſolo minore ſemitonio. tertia q̄deȝ
interp̃tar̃ diſiũctarũ. locũ a meſes corda reti
nẽs tertium . Vndecima corda ẽ paranetedie
ȝeugmenó diſtãs acumĩe a decĩa tono . Duo
decĩa ẽ netedieȝeugmenon ab undecima ſibi
viciniore tono diſtãs. & ad meſẽ q̃ media eſt

diapẽtes cõſonãtiã pficiẽs. Tertiadecima eſt tritehypboleõ duodecimã ſibi uiciniorẽ ſolo miore ſemitonio ꝓdiẽs. Quartadecĩa corda dicit̃ paranetehypboleon diſtans a tritehyp boleon tono. Quĩtadecima vo & ultima eſt netehypboleon a q̃rtadecima diſtãs tono. & ad duodecimã diateſſarõ cõſonãtiaꝫ pficiens ad meſen vo q̃ octaua ẽ ac media diapaſõ p fectaꝫ. & ad primã. ſ. ꝓſlãbanomenos biſdia paſon implẽs ſimphoniã. Hoc quoq; nunc dignũ ſcitu ẽ ꝙ ab hypatemeſon q̃ quĩta eſt in harũ quĩdecim cordarũ diſpoſitiõe ad ne tediezeugmenõ q̃ duodecĩa ẽ ab ipa hypate meſon octo ſonis. i. p diapaſõ diſtãs. ẽ quaſi quoddã ordinis diſiũctioniſq; celeſtis exem plar. Hypatemeſõ nãq; ſaturno attributa ẽ. Parhypatemeſon ioui. Lycanoſmeſon marti Meſe ſoli. Parameſe ueneri. Tritediezeugme nõ mercurio. Paranetediezeugmenõ lũe. Ne tediezeugmenõ terre. Sed Marcus tullius cõ trariũ ordinẽ ponit ĩ ſexto de re pu. dicens. Et natura fert ut extrema ex altera parte gra uiter. ex altera uero acute ſonẽt. q̃obrem ſũ mus ille celi ſtelliferi curſus. cuius conuerſio ẽ cõcitatior acuto & excitato mouetur ſono. Lũaris vo q ĩfimus ẽ grauiſſimo. Terra nanq;

nona īmobilis manēs infime ſedi ſemp adheret idcirco Tulliuſ ipē eā tāq̄ ſilētiū pōit.ſ. īmobilē poſt hāc ḡuiſſimū ſonū ſilētio ꝓpī ꝗorē lune deputat. ut ſit Luna ꝓſlābanomenoſ. Mercurius hypatehypaton. Venus phypatehypatō. Sol lycanoſhypaton Mars hypatemeſon. Iupit̄ phypatemeſon Saturnus lycāoſmeſō Celū ultimū ſtelliferꝝ meſe. Nūc quindecim cordarū inter ſeinuicē diſtantiuȝ parig̃phiam ſubſtituamus hoc modo.

Proſlambanomenos
tonus
Hypatehypaton
ſēitoniū
Parhypatehypaton
tonus
Lycanoſhypaton Diateſſaron
tonus
Hypatemeſon
ſēitoniū
Parhypatemeſon
tonus
Lycanoſmeſon
tonus
Meſe Diapente diapaſon
tonus

Parameſe trittonus
ſemitonium
Tritedieȝeugmenon
tonus
Paranetedieȝeugmenõ
tonus
Netedieȝeugmenon diapente
ſemitoniũ
Tritehypboleon
tonus
Paranetehypboleon
tonus
Netehypboleõ diateſſarõ diapaſon

Biſdiapaſon

De diuiſione cordarũ per tonos & cõſonãtias ſecũduȝ ꝓportõeſ.c.iiii

Vpior q̃ndecĩ cordaꝝ ptitiopaꝝ ui deṙ ꝑficeṙ niſi eas prius arythm̃ti ca dictãte iudicemuſ quo circa ſi in mẽſura corde uel in numeris ſeu ꝓportõibȝ ſtatuamus deſcribẽdaȝ partitõnẽ ſpatiũ ma ius corde maiorq; numeri multitudo ſonos effitiet grauiores.ſi uero corde longitudo fue

rit cōtractior quoniā in numeris tūc minor extat pluralitas acutiores gn̄abit ſonos. nāq3 ex hac conpatione q̄tu3 unaqueq3 fuerit uel longior uel pluriū numerorū aliaq3 cōtracti or uel paucioribus ſignata numeris tāto uel ḡuior uel acutior ſonus īuenit̃ nec lectoris mentē res illa cōturbet qꝫ intēdentes muſici ſpatia ꝓportō3 maioř ſepe numero ſignaue rint remittētes uero mīore cū itenſio acumē fatiat remiſſio ḡuitatē illic.n. ꝓportō3 tātū ſpatia ſignabant nihil deḡuſtatis aut acumi nis ꝓprietate laborantes atq3 ideo & in acu men maioribuſ numeris intendebant & mi noribus i grauitatē ſepe remittebant. hic ue ro ubi cordarū ſpatia ſonoſq3 metiemur rerū naturam ſequi neceſſe eſt. & maiori cordarū longitudini ex qua grauitaſ exiſtit āpliores mīori uero ex qua uocis acumen naſcit̃ nu meros dare breuiores. Igitur qm̄ inſtrumen tū monocordum unica rationabiliter poteſt partiri corda unicam ip̄am cordā cōſtituēus partiendā in q̄ quindecim ip̄as philoſopho rū uoces arytmeticis ꝓportōib3 collocabīuſ quippe quod in mōcordo inſtrumēto mul tis producitur cordis in una ſola corda op tie cōſonaret ſi ſeſe nō inpugnarēt tactus &

clauícule pulſe hīc ī unica corda ꝓportõabī
liter q̄ndecī ipoſ ſonos cōſtituāus partiēdos
Sit.n.corda nouē eq̄ſſiorū paſſuū & ubi pri
mus īceptus fuerit paſſus ad ḡuiorē.ſ.ptem
ibi ꝓſlābāomēos q̄ prīa uox ē cōſtituat̄ ubi
uero prīuſ ipē paſſuſ fuerit termīatus ſcđa.ſ.
hypatehypató reponat̄ q̄ a prīa diſtat tono
q̄a corda nouē paſſuū eamq; octo tm̄ paſſus
cōtinet hēt ī ſe & īſup eius octauā ptē ī ſexq̄
octaua ꝓportōe ex q̄ ut ī q̄rto mōſtratū ē re
ſultat tonus Proſlābanomenoſ.n.qm̄ ī prīo
& ḡuioř loco ɔſtituta ē ſonū ḡuiorē emittit
a quo z ceteri ſoni ſic ab unitate nūeri naſcū
tur oēs.Hiiſ igit̄ duab; cōſtitutis uocibus
qm̄ īter ſcda; & tertiā nō īteger extat motus
ſed minus ſemitoniū q̄rtā āte tertiā creare ne
ceſſe ē q̄a motus nō īteger muſicus nullā cer
tā dimēſione metit̄ cordā. nullū itaq; pōt p
ſe creari maius minuſ ue ſemitoniū. hic idcir
co totā cordā incipiēs in prima ḡuiori uoce
q̄ttuor eq̄ſſimis paſſib; ptire ubi nāq; prīuſ
q̄euerit paſſus ibi q̄rtā.i.lycāoſhypató figeř
debes uocē q̄ ad primā diateſſarō cōſonātiā·
reſpondebit in ſexq̄tertia ꝓportōe nā corda
q̄ttuor paſſuū eā q̄ triū ē inſe cōtinet & īſup
tertiā ptē. Nūc pōat̄ cōpaſſus ī hac q̄rta nu

ꝑ cerata uoce totãq; in octo eqſſimis paſſi
bus cordã diuidãus rurſusq; fixus cõpaſſus
ĩ ipa q̃rta uoce ad g̃uiorẽ pteʒ retorq̃atur &
ubi nonus ille q̃euerit paſſus tertia uox.ſ.p
hypatehypatõ collocet a q̃rta q̃ lycão: hypa
tõ eſt diſtãs tono.Illud uero ſpatiũ quod in
ter ſecũdã & hãc nup creatam tertiam euenit
ſemitoniũ minus eſt atq; fixũ.Ea quippe ſe
mitonia minora q̃ poſt duos tonos uel ante
uel infra cadũt & pmanẽt in ordine naturali
dicunt fixa ea uero q̃ diuiſo tono fieri ſolẽt
ad tẽpus & ad tẽpus repelli mobilia.Omne
itaq; ſemitoniuʒ ſiue maius ſiue minus mo
bile uel fixũ q̃a nullatenus ut dictũ ẽ cordã
eque partiri ualet p quoſdam integrorũ mo
tuũ muſicoruʒ circuitus generari neceſſe eſt
Rurſus ponat cõpaſſus in prima uoce totã
in tribus equis ptibus partiẽs cordam ubi
tũc prius paſſus terminuʒ duxerit ibi quita
uox.ſ.hypatemeſon cõfigat diapentes cõſo
nãtiaʒ fatiens ad primã in ſexq̃ltera ꝓporti
onenaʒ corda triũ paſſuũ cõtinet in ſe cordã
duorũ z ĩſup eius dimidiũ.hec.n.q̃nta uox
ad quartã tonũ facit.Ponat tũ cõpaſſus in
tertia uoce totaʒ reſiduaʒ cordam in q̃ttuor
equis paſſibus metiẽs ubi.n.primus finẽ fe

cerit paſſus ſexta uox.ſ.parhypatemeſon ap-
ponat̄ q̄ ad ipam tertiā diateſſarō cōſonanti-
am ſeruat & ad quintam ſibi ꝓximā minus
ſemitoniū qd̄ haberi non poterat niſi p hūc
aut p ſimilē modū.Si uero in quarta uoce
conpaſſus fuerit cōſtitutus q̄terno paſſu eq̄ſ
ſime totū corde reſiduū ptiēs ubi prius ceſſa
uerit paſſus ibi ſeptiā uox.ſ.lycāoſmeſō ap-
pōat̄ ad eandē q̄rtā uocē in ſexq̄tertia ꝓpor
tōe diateſſaron cōſonātiam pficiens & ad ſex
tā ſibi ꝓximā in ſexq̄octaua tonū.Poſt hec
ad primā oīum reuertere cordam in qua fix
us cōpaſſus totā cordā duobus equiſſimis
paſſibuſ diuidat ubi.n.primuſ terminū ſta
tuerit paſſus octauā ibi cōſtituas uocem.ſ.
Meſen q̄ media dicit̄ uerā equiſonās diapa
ſon cōſonātiā cū ipa prīa ī dupla ꝓportiōe
nā corda duorū paſſuū unius tm̄ paſſus cor
dā bis in ſe cōphēdit.hāc.n.diapaſō cōſonā
tiam ptholemeus uocat equiſonā atq̄ biſdi
apaſō ex ea geminata ut p̄tactū eſt quito ſe
cūdi dicēs equiſonas eſſe q̄ ſimul pulſe unū
quodammō ſiplicē ex duob; effitiūt ſonū
cōſonas uero q̄ cōpoſitū ac pmixtū licet ſua
uē ducūt ſonū ut diapēte & diapaſōdiapēte
quis nāq; hoc auribus facilime nō pcipit &

ĩ diapaſō duos extrēos ſonos unū & ideȝ eq̄
ſonare. Eā ſiquidem differentiam quam in ꝑ
tibus corde cōprehēdis in ſimul pulſis duo
bus extremis diapaſon ſonis ꝑcipere potes
& ſicut in monocordo uel in hac corde diui
ſione nulla eſt inter cordam unius paſſus &
cordam duorum paſſuum differentia niſi ꝙ
iſta longior illa uero breuior que tamen ea
dem eſt geminata ita quoqꝫ nihil differunt
extreme diapaſon uoces niſi ꝙ grauis graui
orem & acuta acutioreȝ emitit ſonum Eq̄li
tatis enim id propriuȝ eſt ut ſemper equalis
ſit quamquam diuiſa locū mutet nam & ſi
due partes diuiſi continui loco diſtent do
nec illarum non mutetur quantitas ſemper
equales ſunt. extreme igitur diapaſon uoceſ
equales ac ſimiles ſunt ut tactum eſt capitu
lo primo quia unaqueque octo uocum con
nexio ſimilitudinem efficit extremorum me
rito igitur ptholemeus diapaſon equiſonaȝ
apellauit alias uero q̄ ab hac equalitate mul
tum diſtare noſcuntur conſonantias Nam
que diateſſaron uel diapente cordam per me
dium non diuidunt nec in duplo cadunt
numero ut monſtratum eſt ſeptimo quartí

q̄uiſ ſimul iúcte ad hāceqūlitatis unionē attī
gāt Hec idcirco de diapaſō eq̄litate dcā ſunt
quo multis innoteſcat eā eſſe que ob ſui iu
ſtiſſimā dimenſionē uoces ī monocordo & ī
hac tractabili corda faciliter copulat & ꝑcre
at ita tñ ꝙ ſp ex oībus ſuis tonis & ſēitoniiſ
diapaſō ipa pſtiterit cóſtituta. qd licȝ uariis
multiſqȝ modis fieri ſoleat hec nihilominus ē
potior corde dimenſio ut primū octo uoceſ
formentᷣ & ꝑportōabiliter copulentᷣ deīde
fiat ad īfinita p diapaſō ſi neceſſe fuerit pro
greſſus. Memēto itaqȝ lector ꝙ diuiſa ſupiuſ
p mediū corda primā tibi creauerit diapaſō
nūc uero ſi ſecūdā eius ſpēȝ atqȝ nonā uoceȝ
hr̄e uolueris ponas cōpaſſū ī ſecūda uoce q̄
dr̄ hypatehypatō totā duobus eqſſimis paſ
ſibus ptiens cordā ac ubi primus terminaue
rit paſſus nonā ibi. ſ. parameſē affige cordaȝ
diapaſō ad ipaȝ ſcdaȝ & ad octauā tonū pficiē
entē. Rurſus in tertia uoce fixus conpaſſus
duobȝqȝ eqſſimis paſſibȝ cordā ptiēs ubi p̄
mus terminū fecerit paſſus uoceȝ decimā. ſ.
tritedieȝeugm̄nō appōi cōpellit ſēitoniū mi
nus ad nonā ad ipſā uero ē tiā diapaſō eqſo
nātiā iplētē. Itē ī uoce q̄rta ɔſtitutus ɔpaſſus
totāqȝ cordā duobȝ eqs paſſibȝ diuidēs ubi

primus terminū fecerit paſſus undecimaȝ.ſ. paranetedieȝeugmenō uocē creabit.ad ipſaȝ q̄rtā diapaſō ꝑducētē & ad decimā tonū. In quinta ūo uoce fixus cōpaſſus totūq; corde reſiduū duobus equiſſimis partiēs paſſibus duodecimā uocē.ſ.netedieȝeugmenō ī termi natiōe primi paſſus affigit.ad quītaȝ ipſam diapaſon cōſonātiā & ad undecimā tonū pfi ciētem. Rurſus ſi cōpaſſū ī ſexta uoce ſtatue ris totāq; cordā duobus equis paſſibus men ſus fueris.ubi primus fineȝ fecerit paſſus ter tiādecimā q̄ eſt tritehypboleon cōſtituas uo cē.a duodecīa minore ſemitonio diſtātē. & a ſexta p diapaſon. Itē ī ſeptima uoce cōfixus cōpaſſus totū corde reſiduū duobus eq̄s paſ ſibus menſurans.ubi primus finierit paſſus q̄rtādecimam uocē.ſ.paranetehypboleon iu bet configi. a tertiadecima tono.& a ſeptima p diapaſon diſtātē. Deniq; fixus cōpaſſus ī uoce octaua metiens totū corde reſiduū ī du os eq̄ſſimos paſſus ubi primus terminatus fuerit paſſus ibi uox quindecima.ſ. netehy perboleon debet cōſtitui.ad q̄rtamdecimam tonū pficiens & ad octauā diapaſon cōſonā tiā.hoc nāq; modo corda equiſſime diuidit de ſonis in ſonis p mediuȝ.hiſq; quindecim

uocibus quotquot uoluerimus ſuperaddere
poſſumus uoces. ſemp eodeȝ ꝓceſſu diapaſō
replicando.

De diuiſione tonorū p ꝓpria ſemitonia. Capitulū. v.

h Abita dimēſione tonorū atq; natu
raliū ſixorūue ſeitoniorū & ꝯſonan
tiarū ī unica corda arythmeticis ꝓ
portōibus dēſtiātibȝ. nūc mōſtrādū ē quo ri
tu unuſqſq; tonus ī dicta corde dimenſione
cōſtitutus debeat ac poſſit ī duo īeq̄lia ſeito
nia diuidi. ſūt.n.ſeitoniū minus & ſeitoniū
maius mēbra q̄ ſimul iūcta tonū pficiūt. ſūt
ꝓpterea & diminutiores pticule q̄ ipa ſeito
nia diuidūt atq; poſtmodū ſimul iūcte pfici
unt q̄s ꝯcludimus omittēdas ob nimiaȝ ſui
quā ſortiūť portiōȝ. ut tactū fuit tertio q̄rti
ſeitonia itaq; qm̄ maiora & prima occurrūt ī
diuiſione tonorū. in corde dimēſione tonos
ſingulos diuidēdo diſtiguemus. Cūȝ igitur
maiora mīoribȝ ī ſupparticulari ac in ceteris
gñibus eq̄ri ñ poſſit ſcdm ſcolas muſicoruȝ
tonus q̄ ī ſexquocta. ꝯſiſtit ꝓportōe ī duo īeq̄
lia diuidiť ſeitonia. quocirca ponať ꝯpaſſuſ
ī tertia diſpoſite ſupius ac dimēſe corde uoce
totā ī octo eqſſimis paſſibus partiēs cordaȝ

q̄ ī ipſa tertia uoce rediēs rtorq̄at ad ḡuiorē ptē. & ubi nonus ille terminuꝫ poſuerit paſ ſus ibi fit diuiſio mīoris maioriſq; ſemitonii primi .ſ. toni cōſedētis inter pſlābanomenos & hypatehypatō. cū v̄o hec uocula auferat ad placitū & ad placitū reponat. qa natura liter ī diſpoſitōe ꝯſonātiaruꝫ nō cōuenit. nul lū ſortit nomē cōgruū. Ipſā idcirco clauicu lā noīabimus ceteras ſibi ſimiles cōſimilibꝫ uocabulis nūcupātes. Hic igit primus to nus ī duas īeq̄s ptes diuiſus ē. iuſta dimēſio ne cōputata ī mīori parte minus rſonat ſeīto niū. & ī maiori apothome ſeu ſeītoniuꝫ ma ius p ſè diſcors ac ad nihil aptū. minus uero ſeītoniū ecōuerſo ē armoīe decus & ſuauitas q̄ ſimul iūcta ſeītonia ſemp pficiūt tonū. no nus ergo ille paſſus ex īmobili ac fixo necnō naturali ſeītonio qd inter ſcdam & tertiā vo cē accidit. & ex maiori pte. ſ. ſeītonio maiori primi toni diuiſi tonū fecit. nō igit negādū eſt fixū illud & īmobile ſeītoniū eſſe minus quo cū ei maior ps toni fuerit inſerta explet tonus. Duo igitur ex his inferūtur. ſ. ꝙ to nus per maius & minus ſeītoniū diuidit ad inſtar diuiſibilis ſexqoctaue ppor. & ꝙ mīo ra prius ſūt illa ſeītoīa qbus maiora iūgūt

semitonium maius per se discors semitonium minus canorum

ut inde tonus redūdet. Multe igitur ſunt huiuſmodi clauicule ī monocordo īſtrūmē to. quas alii fictas uoces alii uulgo bmoles noīant. nonnulli tn̄ uerius ac magis proprie ſemitonia dicunt cuȝ nihil aliud faciāt q̄ ſingulos tonos in duas impares partes diuider̄ quas ſi iuſte dimēſus fueriſ ac unā altera maiorem aut ecōuerſo minorē non inueneris. illud teneas monocordū iniuſtuȝ fuiſſe cōpartitum. querat nūc prouidus lector quare he clauicule q̄ recte ſemitonia nūcupātur cū ſonos producāt. nō intercipiātur in ſuperiore quindecim uocū diſpoſitione ac ꝓpriis ſibi cōuenientibus nominibus nominēt͛ & ꝓferātur ī naturali cōſonātiarum prolatione. Id quidem nimis intrincatū atq̧ ſuperfluuȝ foret. cū preſertim homo naturaliter liberaȝ & expeditam habeat uocē. Id enim natura fert ut in modulatione uocum ī gn̄e dyattonico nihil minus a ſemitoīo minore ꝓferri poſſit humana uoce. ip̄mq̧ ſolū minus ſemitoniū ꝓferendū cōſtituit abitiēs apothomē ſeu ſemitoniū maius ob nimiā ſui diſſonātiā quā generat modulādo. ſed minus īteruallū qđ ī cōſonātiis proferri debeat optime cōſonans quod ſemitonii mīoris ſpacio maius eſt dicȝ

fasc. XII



tur tonus. Itaq̧ ſemitoniū minus qđ ob ſui ſuauitatē in cōſonātiis coaptatᷣ hūana uoce ꝓnunciādū a muſicis ſūma ueneratōe retentū ē atq̧ in naturali diſpoſitōe uocū āte uel poſt uel inter duos tonos conſtitutū. quod tūc ſigulis quattuor uocū cōſtitutōibus natura duce pfectā pficit diateſſarō cōſonātiam que ſemp debet in q̄ttuor ſonis hēri ut ſatis dictū eſt capitulo ſcdo. Facilie itaq̧ pōt qſq̧ quēcūq̧ uoluerit diuidēre tonū ꝓ ut in monocordo īſtrumēto hiiſdē clauiculis z uoculis cōſtat ſed ī muſice armonica minime ſūt neceſſarie ob ſui puulā portōnem ut p̄dictū ē ſūt. n. mobilia ſemitonia quia ad placituȝ appoſita ſūt z ad placitū poſſūt auferri. licȝ armonice ꝓlatōi nō cōtingāt p̄ter q̄ in tēpatōe trittoni de quo latius tactū eſt. c. primo neq̧ ſi ipam trittoni aſperitatē aliter effugerē potuiſſet muſici clauiculam illā inter meſen & parameſē fixiſſet. Nūc aūt q̄ in huiuſmōi tonoꝝ diuiſione ſemitonia p̄ire debeāt & q̄ ſubſeq̄ (miora. ſ. an maiora) ꝑpiendū eſt. non nulli. n. dicūt hoc arbitrio diuidētis eſſe cōmittēdū nā ſic tonus in maius ac minus ſēitoniū diuidiᷣ ita per minus & maius expletur. uerūtñ minus ſemitoniū in huiuſmodi

ſemitonia ~~maiora~~ ad placitum ponuntur z auferuntur

dimẽſiõe p̃cedat ac in ꝑuiori parte toni per
ſiſtat neceſſe eſt tribus ſaltẽ de cauſis Primo
nãq₃ ut de ip̃o trittono ſũmat᷑ argumẽtũ ſi
ſit a meſes corda in triteſi nemenõ ubi tonuſ
ad temperãdũ trittonũ reſecat᷑ ſẽitoniu₃ ma
ius ſeu apothome nũq̄d primo errore peior
erit nouiſſiuſ: ꝓfecto plus diſſõat apothom̃
cũ duob₃ tonis q̃ triũ ſibi inuicẽ ſuccedẽtiũ
tonorũ modulatõ.p̃terea ſi ſẽitoniũ minus
in hac toni diuiſiõe nõ p̃cederet tetracordu₃
ſinemenõ aut oĩno nõ eſſet ĩuentũ aut a diſ
cordia peſſĩa q̄d nullo pacto eſſet tollerãdu₃
inchoaret decebat q̄ppe ip̃₃ p minus ſemito
niũ & tonu₃ ac tonũ ut z alia tetracorda ꝓ
cedere .Poſtrẽo ſi in huiuſmõi toni diuiſiõe
ſẽitoniũ minus nõ p̃cederet q̄s nõ uidet ubi
naturaliter ẽ ſemitoniũ minus fixũ ibi duo
ſuccedere ſibi ſemitonia mĩora primũ.ſ.mo
bile de p̃cedẽti tono diuiſo ſecũdu₃ erit hoc
atq₃ fixũ:q̄ nõ modo difficiliẽ ꝓnũtiant᷑ ſ₃
q̄d deterius eſt ſimul iũcta tonũ nõ explent
Vt exẽpli gr̃a ſi cõpaſſũ ĩ ſecũda dimẽſe cor
de uel mõcordi uoce poſueris totã cordã no
uẽ eq̄ſſimis paſſib₃ diſcurrẽdo primus paſſ
us tonũ inter tertiã & q̃rtã uocẽ p maius &
miuus ſemitoniũ partit᷑ ac ſi ſic ulterius p

ſingulos tonos ꝓceſſeris. apothome primo
tibi ſemꝑ occurret & illud de duobꝫ ſemito
niis minoribꝫ ſibi ſuccedētibꝫ incōueniens
euaderē nō poteris. q̄d lꝫ certis in locis occur
rat nec ſit euadēdi modus potiſſīe cū tonuꝫ
ſubſeqn̄teꝫ naturale ac fixū ſēitoniū diuidi
mus in mīus & maius ſemitoniū q̄a ibi tūc
cōſeqn̄ter ſibi ſuccedūt duo ſemitōia mīora
q̄d tolleratᷣ & cōuenit in ip̄o mōcordo dum
mō naturale & fixū mīus ip̄m ſemitoniū p̄
cedat mobile uero ſeq̄tᷣ. tn̄ ubi tonū cōpetit
reſeccari ꝓ tempando trittono haud aliquo
pacto tollerāduꝫ ē maius ſemitoniū p̄cedere
& minus ſequi. Hiiſ igitᷣ ita p̄miſſis uolens
& ceteros mōcordi tonos ꝑ minus ac maius
ſemitoniū diuiderē ꝓ ut priuſ diuiſus ē tōuſ
ponat cōpaſſū in ip̄a uocula mobili q̄ duaſ
primas uoces primūq; tonū diuidit totā in
q̄ttuor eqſſīos paſſus metiēs cordā ubi eniꝫ
priuſ termīauerit paſſus īter q̄rtā uocē & qn
tā ꝑ diateſſarō in ſexq̄tertia ꝓportiōe ibi cō
ſtituatᷣ clauicula q̄ tonū illū tertiū ꝑ mīus
maiuſq; ſemitoniū diuidet. Hoc ita diuiſo ī
hac nuꝑ creata clauicula tertiū tonū diuidē
te ponas conpaſſuꝫ quattuor equis paſſibꝫ
totā mēſurās cordā & ubi prīus ille q̄euerit

Ista notanda pro intellectu artificii monocordi

paſſus ibi cōſtituas clauiculā q̄ ab ip̄a in q̄
cepiſti diateſſarō reſōabit & tonū q̄ntū int̄
ſeptimā & octauā uocē p̄ minus maiuſq; ſēi
toniū icidet. Ab hac uero uocula q̄ hūc q̄n
